Haec Suetonius Tranquillus. Nam duos Terentios po fuisse scribit Metius, quorum alter Fregellanus fuerit Tere Libo, alter libertinus Terentius Afer patria, de quo nunc lo mur. Scipionis fabulas edidisse Terentium Valgius in A one ait:

*Tu*ae quaé uocantur fábulae cuia*éne* sunt?
Nor hás qui iura Póplius dabat *g*éntibus
Honore summo adféctus fecit fábulas?

Duae ab Apollodoro translatae esse dicuntur comico, Pho et Hecyra: quattuor reliquae a Menandro. Ex quibus m successu et pretio stetit Eunuchus fabula: Hecyra saepe exc uix acta est.

# A N D R I A

## P. TERENTI.

---

AECA · MENANDRV · ACTA · LVDIS · MEGALENSIBVS
RCO · FVLVIO · MANIO · GLABRIONE · AED · CVR
ERE · L · AMBIVIVS · TVRPIO · L · ATILIVS · PRAEN
DOS · FECIT · FLACCVS · CLAVDI · TIBIIS · PARIB · TOTA
CTA · PRIMA · M · MARCELLO · C · SVLPICIO · COS

## C. SVLPICI APOLLINARIS PERIOCHA.

Sorórem falso créditam meretrículae
Genere Ándriae, Glycérium, uitiat Pámphilus
Grauidáque facta dát fidem, uxorém sibi
Fore hánc: nam pater ei áliam des*po*pónderat,
Gnatám Chremetis, átque ut amorem cómperit,
Simulát futuras núptias, cupiéns suus
Quid habéret animi fílius cognóscere.
*Huic* Dáui suasu nón repugnat Pámphilus.
Sed éx Glycerio nátum ut uidit púerulum
Chremés, recusat núptias, generum ábdicat.
Mox fíliam Glycérium insperato ágnitam
Hanc Pámphilo, aliam dát Charino cóniugem.

---

### PERSONAE.

SIMO SENEX
SOSIA LIBERTVS
DAVOS SERVOS
MYSIS ANCILLA
PAMPHILVS ADVLESCENS
CHARINVS ADVLESCENS
BYRRIA SERVOS
LESBIA OBSTETRIX
GLYCERIVM MVLIER
CHREMES SENEX
CRITO HOSPES
DROMO SERVOS.

# PROLOGVS.

Poëta quom primum ánimum ad scribendum ádpulit,
Id síbi negoti crédidit solúm dari,
Populo út placerent quás fecisset fábulas.
Verum áliter eueníre multo intéllegit:
Nam in prólogis scribúndis operam abútitur,
Non qui árgumentum nárret, sed qui máliuoli
Veterís poëtae máledictis respóndeat.
Nunc, quám rem uitio dént, quaeso animum atténdite
Menander fecit Ándriam et Perínthiam.
Qui utrámuis recte nórit, ambas nóuerit:
Non íta sunt dissimili árgumento, séd tamen
Dissímili oratióne sunt factae ác stilo.
Quae cónuenere in Ándriam ex Perínthia
Fatétur transtulísse atque usum pró suis.
Id istí uituperant fáctum atque in eo dísputant
Contáminari nón decere fábulas.
Faciúntne intellegéndo, ut nil intéllegant?
Qui quom húnc accusant, Naéuium Plautum Énnium
Accúsant, quos hic nóster auctorés habet,
Quorum aémulari exóptat neglegéntiam
Potiús quam istorum obscúram diligéntiam.
Dehinc út quiescant pórro moneo et désinant
Male dícere, malefácta ne noscánt sua.
Fauéte, adeste aequo ánimo et rem cognóscite,
Vt pérnoscatis, écquid spei sit rélicuom:
Posthác quas faciet de íntegro comoédias,
Spectándae an exigéndae sint uobís prius.

# ACTVS I.

## Simo. Sosia.

Si Vos ſtaec intro auférte: abite. Sósia,
Adés dum: paucis té uolo. So. Dictúm puta:
Nempe út curentur récte haec. Si. Immo
So. Quid est,
Quod tíbi mea ars efficere hoc possit ámpliu
Si. Nil ístac opus est árte ad hanc rem, quám p
Sed eís, quas semper ín te intellexí sitas,
Fide ét taciturnitáte. So. Expecto quíd uelis
Si. Ego póstquam te emi, a páruolo ut sempér
Apúd me iusta et clémens fuerit séruitus,
Scis. féci ex seruo ut ésses libertús mihi,
Proptérea quod seruíbas liberáliter.
Quod hábui summum prétium persoluí tibi.
So. In mémoria habeo. Si. Haud múto factum
Gaúdeo,
Si tíbi quid feci aut fácio quod placeát, Sim
Et id grátum fuisse aduórsum te habeo gráti
Sed hoc míhi molestumst: nam ístaec commen
Quasi éxprobratióst inmemori bénefici.
Quin tu úno uerbo díc, quid est quod mé ue
Si. Ita fáciam. hoc primum in hác re praedicó
Quas crédis esse has, nón sunt uerae núptia
So. Quor símulas igitur? Si. Rem ómnem a pr
aúdies:

Eo pácto et gnati uítam et consiliúm meum
Cognósces, et quid fácere in hac re té uelim.
Nam is póstquam excessit éx ephebis [Sosia,
Liberius uiuendi fuit potestas] (nam ántea
Qui scíre posses aút ingenium nóscere,
Dum aetás metus magíster prohibebánt? So. Itast.)
quod plérique omnes fáciunt adulescéntuli,
Vt ánimum ad aliquod stúdium adiungant, aút equos
Alere aút canes ad uénandum, aut ad phílosophos:
Horum ílle nil egrégie praeter cétera
Studébat, et tamen ómnia haec medíocriter.
Gaudébam. So. Non iniúria: nam id árbitror
Adpríme in uita esse útile, ut nequíd nimis.
Sic uíta erat: facile ómnes perferre ác pati:
Cum quíbus erat quomque úna, eis sese dédere:
Eórum studiis óbsequi: [aduorsus nemini:
Numquam praeponens se illis] ita facíllume
Sine inuídia laudem inuénias et amicós pares.
Sapiénter uitam instítuit: namque hoc témpore
Obséquium amicos, uéritas odiúm parit.
Intérea mulier quaédam abhinc triénnium
Ex Ándro commigráuit huc uicíniae,
Inópia et cognatórum neglegéntia
Coácta, egregia fórma atque aetate íntegra.
Ei, uéreor nequid Ándria adportét mali.
Primo haéc pudice uítam parce ac dúriter
Agébat, lana ac téla uictum quaéritans:
Sed póstquam amans accéssit pretium póllicens,
Vnús et item alter: íta ut ingeniumst ómnium
Hominum áb labore próclіue ad lubídinem,
Accépit condiciónem, dein quaestum óccipit.
Qui tum íllam amabant, fórte, ita ut fit, fílium

Perdúxere illuc, sécum ut una essét, meum.
Egomét continuo mécum 'certe cáptus est:
Habet.' óbseruabam máne illorum séruolos
Veniéntis aut abeúntis: rogitabam 'heús puer,
Dic sódes, quis heri Chrýsidem habuit?' nam Án driae
Illi íd erat nomen. So. Téneo. Si. Phaedrum au Clíniam
Dicébant aut Nicáretum: nam hi tres túm simul
Amábant. 'eho, quid Pámphilus?' "quid? súmbolam
Dedít, cenauit." gaúdebam. item alió die
Quaerébam: comperiébam nil ad Pámphilum
Quicquam áttinere. enim uéro spectatúm satis
Putábam et magnum exémplum continéntiae:
Nam quí cum ingeniis cónflictatur eíus modi
Neque cómmouetur ánimus in ea ré tamen,
Scias pósse habere iam ípsum suae uitaé modum.
Quom id míhi placebat, tum úno ore omnes ómni
Bona dícere et laudáre fortunás meas,
Qui gnátum haberem táli ingenio praéditum.
Quid uérbis opus est? hác fama inpulsús Chreme
Vltro ád me uenit, únicam gnatám suam
Cum dóte summa fílio uxorem út daret.
Placuít: despondi: hic núptiis dictúst dies.
So. Quid ígitur obstat, quór non fiant? Si. Aúdies.
Ferme ín diebus paúcis, quibus haec ácta sunt,
Chrysís uicina haec móritur. So. O factúm bene:
Beásti: ei metui a Chrýside. Si. Ibi tum fílius
Cum illís, qui amarant Chrýsidem, una aderát fre quens:
Curábat una fúnus: tristis ínterim,
Non númquam conlacrumábat. placuit tum íd mihi

Sic cógitabam 'hic páruae consuetúdinis
Causa húius mortem tám fert familiáriter·
Quid si ípse amasset? quíd hic mihi faciét patri?'
Haec égo putabam esse ómnia humani íngeni
Mansuétique animi offícia. quid multís moror?
Egomét quoque eius caúsa in funus pródeo,
Nil étiam suspicáns mali. So. Hem quid ést? Si. Scies.
Ecfértur. imus. ínterea inter múlieres,
Quae ibi áderant, forte unam áspicio adulescéntulam,
Formá So. Bona fortásse. Si. et uoltu, Sósia,
Adeó modesto, adeó uenusto, ut níl supra.
Quae quóm mihi lamentári praeter céteras
Visást, et quia erat fórma praeter céteras
Honésta ac liberáli, accedo ad pédisequas,
Quae sít rogo. sorórem esse aiunt Chrýsidis.
Percússit ilico ánimum. attat hoc íllud est,
Hinc íllae lacrumae, haec íllast misericórdia.
Quam tímeo, quorsum euádas! Si. Funus ínterim
Procédit. sequimur: ád sepulcrum uénimus:
In ígnem inpositast: flétur. interea haéc soror,
Quam díxi, ad flammam accéssit inprudéntius,
Satis cúm periclo. ibi tum éxanimatus Pámphilus
Bene díssimulatum amórem et celatum índicat:
Adcúrrit: mediam múlierem compléctitur:
'Mea Glýcerium' inquit 'quíd agis? quor te is pérditum?'
Tum illa, út consuetum fácile amorem cérneres,
Reiécit se in eum fléns quam familiáriter.
Quid aïs? Si. Redeo inde irátus atque aegré ferens:
Nec sátis ad obiurgándum causae. díceret
'Quid féci? quid commérui aut peccauí, pater?

Quae sése in ignem inícere uoluit, próhibui:
Seruáui.' honesta orátiost. So. Recté putas:
Nam si íllum obiurges, uítae qui auxiliúm tulit,
Quid fácias illi, quí dedit damnum aút malum?
Si. Venít Chremes postrídie ad me clámitans:
Indígnum facinus: cómperisse, Pámphilum
Pro uxóre habere hanc péregrinam. ego illud sédulo
Negáre factum. ille ínstat factum. dénique
Ita túm discedo ab íllo, ut qui se fíliam
Negét daturum. So. Nón tu ibi gnatum? Si. Ne haéc quidem
Satis uémens causa ad óbiurgandum. So. Quí cedo?
Si. 'Tute ípse his rebus fínem praescripstí, pater:
Prope adést, quom alieno móre uiuendúmst mihi
Sine núnc meo me uíuere intereá modo.'
So. Qui igitúr relictus ést obiurgandí locus?
Si. Si própter amorem uxórem nolet dúcere.
Ea prímum ab illo animáduortenda iniúriast.
Et núnc id operam do, út per falsas núptias
Vera óbiurgandi caúsa sit, si déneget:
Simúl sceleratus Dáuos siquid cónsili
Habet, út consumat núnc, quom nil obsínt doli:
Quem ego crédo manibus pédibusque obnixe ómnia
Factúrum: magis id ádeo, mihi ut incómmodet,
Quam ut óbsequatur gnáto. So. Quaproptér? Si. Rogas?
Mala méns, malus animus. quém quidem ego si sénsero . .
Sed quíd opust uerbis? sín eueniat, quód uolo,
In Pámphilo ut nil sít morae: restát Chremes,
Qui mi éxorandus ést: et spero cónfore.

Nunc tuómst officium, has béne ut adsimules núptias:
Pertérrefacias Dáuom: obserues fílium,
Quid agát, quid cum illo cónsili captét. So. Sat est:
Curábo: eamus núnciam intro. Si. I praé, sequor.

# ACTVS II.

SIMO. DAVOS.

SI. Non dúbiumst, quin uxórem nolit fílius:
Ita Dáuom modo timére sensi, ubi núptias
Futúras esse audíuit. sed ipse exít foras.
DA. Mirábar, hoc si síc abiret: ét eri semper lénit
Verébar quorsum euáderet:
Qui póstquam audierat nón datum iri fílio uxor
suo,
Númquam quoiquam nóstrum uerbum fécit neque
aegré tulit.
SI. Át nunc faciet, néque, ut opinor, síne tuo ma
malo.
DA. Id uóluit, nos sic néc opinantis dúci falso gaúdi
Sperántis iam amotó metu, interea óscitantis
primi,
*Vt* ne ésset spatium cógitandi ad dísturbandas nú
tias:
Astúte. SI. Carnufex quae loquitur? DA. Érus
neque prouíderam.
SI. Daue. DA. Hém, quid est? SI. Eho dum ád me.
Quid hic uolt? SI. Quíd
DA. Qua de ré? SI. Rogas?
Meum gnátum rumor ést amare. DA. Id pópulus
rat scílicet.

Hocíne agis an non? Da. Égo uero istuc. Si. Séd nunc ea me exquírere,
Iníqui patris est: nám quod antehac fécit, nil ad me áttinet.
Dum témpus ad eam rém tulit, sini ánimum ut explerét suom:
Nunc híc dies aliam uítam defert, álios mores póstulat.
Dehinc póstulo siue aéquomst te oro, Dáue, ut redeat iam ín uiam.
Hoc quíd sit? Si. Omnes, quí amant, grauiter síbi dari uxorém ferunt.
Ita áiunt. Si. Tum siquís magistrum cépit ad eam rem ínprobum,
Ipsum ánimum aegrotum ad déteriorem pártem plerumque ádplicat.
Non hércle intellegó. Si. Non? hem. Da. Non: Dáuos sum, non Oédipus.
Nempe érgo aperte uís quae restant mé loqui? Da. Sané quidem.
Si sénsero hodie quícquam in his te núptiis
Falláciae conári, quo fiánt minus,
Aut uélle in ea re osténdi, quam sis cállidus:
Verbéribus caesum te ín pistrinum, Dáue, dedam usque ád necem,
Ea lége atque omine, út, si te inde exémerim, ego pro té molam.
Quid, hoc íntellextin? án non dum etiam ne hóc quidem? Da. Immo cállide:
Ita apérte ipsam rem módo locutus, níl circum itione úsus es.
Vbiuís facilius pássus sim quam in hác re me deludier.

DA. Bona uérba, quaeso. SI. Inrídes? nil me fállis. edi tibi,
Ne témere facias: néque tu haud dices tíbi non pr dictúm. caue.

3 DA. Enim uéro, Daue, níl locist segnítiae neque socó diae,
Quantum íntellexi módo senis senténtiam de núptii
Quae sí non astu próuidentur, me aút erum pessú dabunt.
Nec quíd agam certumst: Pámphilumne adiútem ausceltém seni.
Si illúm relinquo, eius uítae timeo: sín opitul huíus minas,
Quoi uérba dare diffícilest: primum iám de amo hoc cómperit:
Me infénsus seruat, néquam faciam in núptiis fallá ciam.
Si sénserit aut sí *quam* lubitum fúerit causam cé perit,
Quo iúre quaque iniúria praecípitem in pistrinú dabit!
Ad haéc mala hoc mi accédit etiam: haec Ándria,
Si ista úxor siue amícast, grauida e Pámphilost.
Audíreque eorumst óperae pretium audáciam:
Nam incéptiost améntium, haud amántium:
Quidquíd peperisset, décreuerunt tóllere:
Et fíngunt quandam intér se nunc falláciam,
Ciuem Átticam esse hanc. 'fúit olim *hinc* quidá senex
Mercátor: nauem is frégit apud Andrum ínsulam:
Is óbiit mortem. ibi tum hánc eiectam Chrýsidis
Patrém recepisse órbam, paruam.' fábulae.

i quidem hercle non fit ueri simile; atque ipsis commentum placet.]
Mýsis ab ea egréditur. at ego hinc me ád forum,
:onueniam Pámphilum, ne páter inprudentem ópprimat.

M y s i s.

ıi, Archilís, iam dudum: Lésbiam adducí iubes. I
pol illa témulentast múlier et temerária
ıatis digna, quoí committas prímo partu múlierem:
ın eam adducam? ínportunitátem spectate ániculae:
compotrix éius est. di, dáte facultatem óbsecro
pariundi atque ílli in aliis pótius peccandí locum.
quíd nam Pamphilum éxanimatum uídeo? uereor quíd siet.
riar, ut sciám numquid nam haec túrba tristitiae ádferat.

Pamphilvs. Mysis.

ıést humanum fáctu aut inceptu? hócinest officiúm patris?
íllud est? Pa. Pro deúm fidem, quid est, si hóc non contuméliast?
ım decrerát dare sese mi hódie: nonne opórtuit
císse me ante? nónne prius commúnicatum opórtuit?

My. Miserám me, quod uerbum aúdio?
Pa. Quíd? Chremes, qui dénegarat sé commis mihi
Gnátam suam uxorem, íd mutauit, quía me i tatúm uidet?
Itane óbstinate dát operam, ut me a Glýcerio serum ábstrahat?
Quod sí fit, pereo fúnditus.
Adeon hominem esse ínuenustum aut ínfelicem qu quam, ut ego sum!
Pró deum atque hominúm fidem!
Núllon ego Chremétis pacto adfínitatem ecfu potero?
Quót modis contémptus, spretus! fácta, trans ómnia. hem,
Répudiatus répetor: quam obrem? nísi si id e quod súspicor:
Áliquid monstri alúnt: ea quoniam némini obtr potest,
Ítur ad me. My. Orátio haec me míseram exani uít metu.
Pa. Nam quíd ego dicam dé patre? ah
Tantámne rem tam néglegenter ágere! praeteri modo
Mi apúd forum 'uxor tíbi ducendast, Pámphile, h die' inquít, 'para:
Abí domum.' id mihi uísust dicere 'ábi cito ac s pénde te.'
Óbstipui: censén me uerbum pótuisse ullum pr loqui?
Aút causam ullam, inéptam saltem fálsam iniquam obmútui.

Quód si ego resciuíssem id prius, quid fácerem, siquis mé roget:
Áliquid facerem, ut hóc ne facerem. séd nunc quid primum éxequar?
Tót me inpediunt cúrae, quae meum ánimum diuorsé trahunt:
Amor, míſericordia húius, nuptiárum sollicitátio,
Tum pátris pudor, qui mé tam leni pássus animost úsque adhuc
Quae meó quomque animo lúbitumst facere. eine égo ut aduorser? eí mihi.
Incértumst quid agam. My. Mísera timeo 'íncertum' hoc quorsum áccidat.
Sed núnc peropus est, aút hunc cum ipsa aut de ílla me aduorsum húnc loqui.
Dum in dúbiost animus, paúlo momento húc uel illuc inpéllitur.
Quis hic lóquitur? Mysis, sálue. My. O salue, Pámphile. Pa. Quid agít? My. Rogas?
Labórat e dolóre, atque ex hoc mísera sollicitást diem
Quia ólim in hunc sunt cónstitutae núptiae. tum autem hóc timet,
Ne déseras se. Pa. Hem, egone ístuc conarí queam?
Egon própter me illam décipi miserám sinam,
Quae míhi suom animum atque ómnem uitam crédidit,
Quam ego ánimo egregie cáram pro uxore hábuerim?
Bene ét pudice eius dóctum atque eductúm sinam
Coáctum egestate íngenium inmutárier?
Non fáciam. My. Haud uerear, si ín te sit soló situm:
Sed ut uím queas ferre. Pa. Ádeon me ignauóm putas,

Adeón porro ingratum aút inhumanum aút fe
Vt néque me consuetúdo neque amor néque p
Commóueat neque commóueat, ut seruém fidem?
My. Vnum hóc scio, esse méritam, ut memor essé
Pa. Memor éssem? o Mysis Mýsis, etiam núnc mi
Scripta ílla dicta súnt in animo Chrýsidis
De Glýcerio. iam férme moriens mé uocat:
Accéssi: uos semótae. nos soli: íncipit
'Mi Pámphile, huius fórmam atque aetatém ui
Nec clám te est, quam illi utraéque res nunc út
Et ád pudicitiam ét ad rem tutandám sient.
Quod égo per hanc te déxtram oro et geniúm tu
Per tuám fidem perque húius solitúdinem
Te obtéstor, ne abs te hanc ségreges neu dése
Si te ín germani frátris dilexí lóco
Siue haéc te solum sémper fecit máxumi
Seu tíbi morigera fúit in rebus ómnibus,
Te istí uirum do, amícum tutorém patrem:
Bona nóstra haec tibi permítto et tuae mandó fid
Hanc mi ín manum dat: mórs continuo ipsam o
cupat.
Accépi: acceptam séruabo. My. Ita speró quide
Pa. Sed quór tu abis ab illa? My. Óbstetricem arcés
Pa. Propera. atque aúdin?
Verbum únum caue de núptiis, ne ad mórbum h
etiam. My. Téneo.

# ACTVS III.

CHARINVS. BYRRIA. PAMPHILVS.

aïs, Byrriá? daturne illa Pámphilo hodie núptum? By. Sic est. II 1
scis? By. Apud forúm modo e Dauo aúdiui. Ch. *Ei* miseró mihi.
nimus in spe atque ín timore usque ántehac attentús fuit,
póstquam adempta spés est, lassus cúra confectús stupet.
io edepol, Charíne, quoniam nón potest id fíeri quod uis,
lis quod póssit. Ch. Nil uolo áliud nisi Philúmenam. By. Ah,
to satiust te íd dare operam, qui ístum amorem ex ánimo amoueas,
íd loqui, quo mágis lubido frústra incendatúr tua.
ómnes, quom ualémus, recta cónsilia aegrotís damus.
híc sis, aliter séntias. By. Age age, út lubet. Ch. Sed Pámphilum
. ómnia experíri certumst príus quam pereo. By. Quíd hic agit?
húnc orabo, huic súpplicabo, amórem huic narrabó meum:

Credo ínpetrabo, ut áliquot saltem núptiis pr dies:
Intérea fiet áliquid, spero. By. Id 'áliquid' nil. Ch. Býrria,
Quid tíbi uidetur? ádeon ad eum? By. Quíd ni? nil ínpetres,
Vt te árbitretur síbi paratum moéchum, si ill dúxerit.
Ch. Ábin hinc in malám rem cum suspítione istác, scel
Pa. Charínum uideo. sálue. Ch. O salue, Pámphile:
Ád te aduenio spém salutem cónsilium auxilium petens.
Pa. Néque pol consilí locum habeo néque ad auxili cópiam.
Séd istuc quid namst? Ch. Hódie uxorem dúc Pa. Aiunt. Ch. Pámphile,
Si íd facis, hodié postremum mé uides. Pa. Q ita? Ch. Eí mihi,
Véreor dicere: huíc dic quaeso, Býrria. By. E dicám. Pa. Quid est?
By. Spónsam hic tuam amat. Pa. Né iste haud mec séntit. eho dum díc mihi:
Númquid nam ampliús tibi cum illa fuít, Charin Ch. Ah, Pámphile,
Nſl. Pa. Quam uellem! Ch. Núnc te per amicíti et per amorem óbsecro,
Príncipio ut ne dúcas. Pa. Dabo equidem óperam. Ch. Sed si id nón potest
Aút tibi nuptiae haéc sunt cordi, Pa. Córdi? C saltem aliquót dies
Prófer, dum profícíscor aliquo, né uideam. Pa. Aud núnciam.

Charine, ne útiquam officium líberi esse hominís puto,
ı ís nil mereat, póstulare id grátiae adponi sibi.
ias ecfúgere ego istas málo quam tu apíscier.
idisti aňimúm. Pa. Nunc siquid pótes aut tu aut hic Býrria,
e fingite ínuenite effícite qui detúr tibi:
id agam, mihi quí ne detur. Ch. Sát habeo. Pa. Dauom óptume
), quoius consílio fretus sum. Ch. Át tu hercle haud quicquám mihi,
ea quae nil ópus sunt sciri. fúgin hinc? By. Ego uero ác lubens.

)avos. Charinvs. Pamphilvs.

ıni, boní quid porto? séd ubi inueniam Pámphilum, II 2
ıetum in quo núnc est adimam atque éxpleam animum gaúdio?
ıs est nesció quid. Pa. Nil est: nón dum haec resciuít mala.
ı égo nunc credo, sí iam audierit síbi paratas núptias,
ı tu illum? Da. tóto me oppido éxanimatum quaérere.
ıbi quaeram aut quó nunc primum inténdam? Ch. Cessas ádloqui?
o. Pa. Daue, adés, resiste. Da. Quís homost, qui me ..? o Pámphile,
ısum quaero. eugaé Charine: ambo ópportune: uós uolo.

PA. Dáue, perii. DA. Quín tu hoc audi. PA. Intérii. [illegible] Quid timeás scio.
CH. Méa quidem hercle cérte in dubio uítast. DA. [illegible] quid tú, scio.
PA. Núptiae mi DA. Etsí scio? PA. hodie. DA. Obtúnd[illegible] tam etsi intéllego?
Íd paues, ne dúcas tu illam: tu aútem, ut duc[illegible] CH. Rém tenes.
PA. Istuc ipsum. DA. Atqui ístuc ipsum níl periclist: [illegible] uide.
PA. Óbsecro te, quám primum hoc me líbera miser[illegible] metu. DA. Hem,
Líbero; uxorém tibi non dat iám Chremes. PA. Q[illegible] scís? DA. Scio.
Túos pater modo *híc* me prendit: aít tibi uxor[illegible] dare
Hódie, item alia múlta, quae nunc nón est narran[illegible] locus.
Cóntinuo ad te próperans percurro ád forum, ut di[illegible] cám tibi haec.
Vbi te non inuénio, ibi ascendo ín quendam exce[illegible] súm locum.
Círcumspicio; núsquam. forte ibi húius uideo Býr[illegible] riam;
Rógo: negat uidísse. mihi moléstum. quid agam có- gito.
Rédeunti interea éx ipsa re mi íncidit suspítio 'hem,
Paúlulum obsoni: ípsus tristis: de ínprouiso núptiae
Nón cohaerent.' PA. Quórsum nam istuc? DA. Ég[illegible] me continuo ád Chremem.
Quom íllo aduenio, sólitudo ante óstium: iam i[illegible] gaúdeo.

H. Récte dicis. Pa. Pérge. Da. Maneo: intérea intro ire néminem
Vídeo, exire néminem: matrónam nullam in aédibus,
Níl ornati, níl tumulti: accéssi: intro aspexí. Pa. Scio:
Mágnum signum. Da. Núm uidentur cónuenire haec núptiis?
A. Nón opinor, Dáue. Da. 'Opinor' nárras? non recte áccipis.
Cérta res est. étiam puerum inde ábiens conuení Chremi:
Hólera et pisciculós minutos férre obolo in cenám seni.
H. Líberatus sum hódie, Daue, túa opera. Da. Ac nullús quidem.
H. Quíd ita? nempe huic prórsus illam nón dat. Da. Ridiculúm caput,
Quási necessus sít, si huic non dat, té illam uxorem dúcere:
Nísi uides, nisi sénis amicos óras, ambis. Ch. Béne mones:
Íbo, etsi hercle saépe iam me spés haec frustratást. uale.
A. Quíd igitur sibi uólt pater? quor símulat? Da. Ego dicám tibi. II 3
Si íd suscenseát nunc, quia non dét tibi uxorém Chremes,
Príus quam tuom ut sese hábeat animum ad núptias perspéxerit:
Ípsus sibi esse iniúrius uideátur, neque id iniúria.
Séd si tu negáris ducere, íbi culpam in te tránsferet:

Túm illae turbae fïent. Pa. Quiduis pátiar. Pater est, Pámphile.
Dífficilest. tum haec sólast mulier. díctum ac fa- tum inuénerit
Áliquam causam, quam óbrem eïciat óppido. Pa. Eïciát? Da. Cito.
Pa. Cédo igitur quid fáciam, Daue? Da. Díc te duct- rum. Pa. Hém. Da. Quid est?
Pa. Egon dícam? Da. Quor non? Pa. Númquam faciam. Da. Né nega.
Pa. Suadére noli. Da. Ex eá re quid fiát, uide.
Pa. Vt ab ílla excludar, húc concludar. Da. Nón ita.
Nempe hóc sic esse opínor: dicturúm patrem
'Ducás uolo hodie uxórem': tu 'ducam' ínquies:
Cedo quíd iurgabit técum? hic reddes ómnia,
Quae núnc sunt certa ei cónsilia, incerta út sies,
Sine omní periclo: nam hóc haud dubiumst, qui Chremes
Tibi nón det gnatam. néc tu ea causa mínueris
Haec quaé facis, ne is mútet suam senténtiam.
Patrí dic uelle: ut, quóm uelit, tibi iúre irasci né queat.
Nam quód tu speres, própulsabo fácile. uxorem hi- móribus
* * * * * * * * *
Dabit némo. inueniet ínopem potius, quám te cor- rumpí sinat.
Sed sí te aequo animo férre accipiet, néglegentem féceris:
Alia ótiosus quaéret: interea áliquid accidérít boni.
Pa. Itan crédis? Da. Haud dubium íd quidemst. Pa. Vide quó me inducas. Da. Quín taces

Dicám. puerum autem né resciscat míhi esse ex illa caútiost:
Nam póllicitus sum súscepturum. Da. O fácinus audax. Pa. Hánc fidem
Sibi me óbsecrauit, quí se sciret nón deserturum, út darem.
. Curábitur. sed páter adest. caue té esse tristem séntiat.

### Simo. Davos. Pamphilvs.

Reuíso quid agant aút quid captent cónsili. II 4
i. Hic núnc non dubitat, quín te ducturúm neges.
Venít meditatus álicunde ex soló loco:
Orátionem spérat inuenísse se,
Qui dífferat te: proín tu fac apud te út sies.
i. Modo ut póssim, Daue. Da. Créde inquam hoc mihi, Pámphile,
Numquam hódie tecum cómmutaturúm patrem
Vnum ésse uerbum, sí te dices dúcere.

### Byrria. Simo. Davos. Pamphilvs.

r. Erus mé relictis rébus iussit Pámphilum II 5
Hodie óbseruare, quíd ageret de núptiis.
[Scirem: id propterea nunc hunc uenientem sequor.]
Ipsum ádeo praesto uídeo cum Dauo: hóc agam.
. Vtrúmque adesse uídeo. Da. Hem, serua. Si. Pámphile.
a. Quasi de ínprouiso réspice ad eum. Pa. Ehém pater.
a. Probe. Si. Hódie uxorem dúcas, ut dixí, uolo.
r. Nunc nóstrae timeo párti, quid hic respóndeat.

Pa. Neque istíc neque alibi tíbi erit usquam in mé m
By. Hem.
Da. Obmútuit. By. Quid díxit? Si. Facis ut té decet,
Quom istúc quod postulo ínpetro cum grátia.
By. Sum uérus? erus, quantum aúdio, uxore éxcidit.
Si. I núnciam intro, ne ín mora, quom opus sít, sie
Pa. Eó. By. Nullane in ré esse quoiquam hominí fide
Verum íllud uerbumst, uólgo quod dicí solet,
Omnís sibi malle mélius esse quam álteri.
Ego íllam uidi: uírginem formá bona
Meminí uidere: quo aéquior sum Pámphilo,
Si sé illam in somnis quam íllum amplecti málet
Renúntiabo, ut pro hóc malo mihi dét malum.

II 6 Da. Hic núnc me credit áliquam sibi falláciam
Portáre et ea me hic réstitisse grátia.
Si. Quid, Dáue, narrat? Da. Aéque quicquam nún
quidem.
Si. Nilne? hém. Da. Nil prorsus. Si. Átqui expecta-
bám quidem.
Da. Praetér spem euenit: séntio: hoc male habét uirum
Si. Potin és mihi uerum dícere? Da. Nil fácilius.
Si. Num illí molestae quídpiam haec sunt núptiae
Huiúsce propter cónsuetudinem hóspitae?
Da. Nil hércle: aut, si adeo, bíduist aut trídui
Haec sóllicitudo: nósti? deinde désinet.
Etenim ípsus secum eám rem reputauít uia.
Si. Laudó. Da. Dum licitumst éi dumque aetás tulit,
Amáuit: tum id clam: cáuit, ne umquam infámiae
Ea rés sibi esset, út uirum fortém decet:
Nunc úxore opus est: ánimum ad uxorem ádpulit.
Si. Subtrístis uisus ést esse aliquantúm mihi.
Da. Nil própter hanc rem, séd est quod suscensét tibi.

Quid námst? Da. Puerilest. Si. Quíd *id* est? Da. Nil. Si. Quin díc, quid est?
.. Ait nímium parce fácere sumptum. Si. Méne? Da. Te.
'Vix' ínquit 'drach*u*mis ést obsonatúm decem:
Num fílio uidétur uxorém dare?
Quem' inquít 'uocabo ad cénam meorum aequálium
Potíssumum nunc?' ét, quod dicendum híc siet,
Tu quóque per parce nímium. non laudó. Si. Tace:
L Commóui. Si. ego istaec récte ut fiant uídero.
Quid nam hóc est rei? quid híc uolt ueteratór sibi?
Nam si híc malist quicquam, hém illic est huic reí caput.

Mysis. Simo. Davos. Lesbia. Glycerivm.

Y. Ita pól quidem res est, út *tu* dixti, Lésbia: III 1
Fidélem haud ferme múlieri inueniás uirum.
. Ab Ándriast ancílla haec. Da. Quid narrás? Si. Itast.
Y. Sed hic Pámphilus Si. Quid dícit? My. firmauít fidem. Si. Hem.
L. Vtinam aút hic surdus aút haec muta fácta sit.
Y. Nam quód peperisset, iússit tolli. Si. O Iúppiter,
Quid ego aúdio? actumst, síquidem haec uera praédicat.
E. Bonum ingénium narras ádulescentis. My. Óptumum.
Sed séquere me intro, ne ín mora illi sís. Le. Sequor.
A. Quod rémedium nunc huíc malo inueniám? Si. Quid hoc?
Adeón est demens? éx peregrina? iám scio: ah
Vix tándem sensi stólidus. Da. Quid hic sensísse aït?

Sɪ. Haec prímum adfertur iám mi ab hoc falli
Hanc símulant parere, quó Chremetem abs
Gʟ. Iunó Lucina, fér opem, serua me, óbsecro
Sɪ. Hui, tám cito? ridículum: postquam ante
Me audíuit stare, adpróperat. non sat cóm
Diuísa sunt tempóribus tibi, Daue, haéc. hin?
Sɪ. Num inmémores discipuli? Dᴀ. Égo qui néscio.
Sɪ. Hic ínparatum mé si in ueris núptiis
Adórtus esset, quós mihi ludos rédderet?
Nunc huíus periclo fít, ego in portu náui

Lᴇsʙɪᴀ. Sɪᴍᴏ. Dᴀᴠᴏs.

III 2 Lᴇ. Adhúc, Archilís, quae adsolént quaeque c
Signa ésse ad salútem, omnia huíc esse u
Nunc prímum fac ísta ut lauét: poste deín
Quod iússi ei darí bibere et quántum inpe
Date: móx ego huc reuórtor.
Per ecástor scitus púer est natus Pámphil
Deos quaéso ut sit supérstes, quandoquid ingenió bono,
Quomque huíce ueritust óptumae adulescén iniúriam.
Sɪ. Vel hoc quís non credat, quí te norit, áb ortum? Dᴀ. Quíd nam
Sɪ. Non ínperabat córam, quid facto ésset op perae:
Sed póstquam egressast, íllis quae sunt í mat dé uia.
O Dáue, ítan contémnor abs te? aut ítan idóneus

i uídeor esse, quém tam aperte fállere incipiás dolis?
em áccurate, ut métui uidear cérte, si rescíuerim.
te hércle nunc hic se ípsus fallit, haúd ego. Si. Edixí tibi,
rminatus súm, ne faceres: núm ueritu's? quid ré tulit?
dón tibi hoc nunc, péperisse hanc e Pámphilo?
ıeó quid erret, ét quid agam habeo. Si. Quíd taces?
d crédas? quasi non tíbi renuntiáta sint haec síc fore.
in quísquam? Da. Eho an tute íntellexti hoc ádsimulari? Si. Inrídeor.
úntiatumst: nám qui tibi istaec íncidit suspítio?
? quía te noram. Da. Quási tu dicas, fáctum id consilió meo.
te énim scio. Da. Non sátis me pernosti étiam, qualis sím, Simo.
n té? Da. Sed siquid tíbi narrare occépi, continuó dari
i uérba censes fálso: itaque hercle níl iam muttire aúdeo.
: égo scio unum, néminem peperísse hic. Da. Intelléxti.
nílo setiús mox puerum huc déferent ante óstium.
go iam nunc tibi, ére, renuntió futurum, ut sís sciens,
tu hóc posterius dícas Daui fáctum consilio aút dolis:

Prórsus a me opínionem hanc tuam ésse ego am tám uolo.
Si. Vnde id scis? Da. Audíui et credo: múlta concu rúnt simul,
Quí coniecturam hánc nunc facio. iám primum ha se e Pámphilo
Gráuidam dixit ésse: inuentumst fálsum. nunc, po quám uidet
Núptias domi ádparari, míssast ancilla ílico
Óbstetricem arcéssitum ad eam et púerum ut a ferrét simul.
[Hoc nisi fit, puerum ut tu uideas, nihil mouent nuptiae.]
Si. Quíd aïs? quom intelléxeras
Íd consilium cápere, quor non díxti extemplo Pá philo?
Da. Quís igitur eum ab ílla abstraxit nísi ego? nam o nes nós quidem
Scímus, hanc quam místere amarit. núnc sibi ux rem éxpetit.
Póstremo id mihi dá negoti: tú tamen idem h núptias
Pérge facere ita út facis: et id spéro adiuturós de
Si. Ímmo abi intro: ibi me ópperire et quód para opus ést para.
Non ínpulit me, haec núnc omnino ut créderem.
Atquí haúscio an quae díxit sint uera ómnia,
Sed párui pendo: illúd mihi multo máxumumst,
Quod míhi pollicitust ípsus gnatus. núnc Chreme
Conuéniam: orabo gnáto uxorem: id si ínpetro,
Quid álias malim quam hódie has fieri núptias?
Nam gnátus quod pollícitust, haud dubiúmst mihi,

Si nólit, quin eum mérito possim cógere.
Atque ádeo in ipso témpore eccum ipsum óbuiam.

SIMO. CHREMES.

Iubeó Chremetem. CH. O te ípsum quaerebam. SI. Ét ego te. CH. Optato áduenis. III 3
Aliquót me adierunt, éx te auditum qui aíbant, hodie núbere
Meam fíliam tuo gnáto: id uiso tún an illi insániant.
Auscúlta paucis: ét quid te ego uelim ét tu quod quaerís scies.
Auscúlto: loquere quíd uelis.
Per té deos oro et nóstram amicitiám, Chremes,
Quae incépta a paruis cum aétate adcreuít simul,
Perque únicam tuám gnatam et gnatúm meum,
Quoius tíbi potestas súmma seruandí datur,
Vt me ádiuues in hác re, atque ita uti núptiae
Fueránt futurae, fíant. CH. Ah, ne me óbsecra:
Quasi hóc te orando a me ínpetrare opórteat.
Alium ésse censes núnc me atque olim quóm dabam?
Si in rémst utrique ut fíant, arcessí iube.
Sed si éx ea re plús malist quam cómmodi
Vtríque, id oro te ín commune ut cónsulas,
Quasi ílla tua sit Pámphilique ego sím pater.
Immo íta uolo itaque póstulo ut fiát, Chremes:
Neque póstulem abs te, ni ípsa res moneát. CH. Quid est?
Iraé sunt inter Glýcerium et gnatum. CH. Aúdio.
Ita mágnae, ut sperem pósse auelli. CH. Fábulae.
Profécto sic est. CH. Síc hercle ut dicám tibi:
Amántium irae amóris integrátiost.

SI. Hem, id te óro ut ante eámus. dum tempús
Dumque eíus lubido occlúsast contuméliis,
Prius quam hárum scelera et lácrumae coı dolis
Reddúcunt animum aegrótum ad misericórdia
Vxórem demus. spéro consuetúdine
Coniúgio liberáli deuinctúm, Chremes,
Dein fácile ex illis sése emersurúm malis.
CH. Tibi ita hóc uidetur: át ego non posse árbit
Neque illum hánc perpetuo habére neque m peti.
SI. Qui scís ergo istuc, nísi periclum féceris?
CH. At istúc periclum in fília fierí grauest.
SI. Nempe íncommoditas dénique huc omnís redi
Si euéniat, quod di próhibeant, discéssio.
At sí corrigitur, quót commoditatés uide:
Princípio amico fílium restítueris,
Tibi génerum firmum et fíliae inueniés uiru
CH. Quid istíc? si ita istuc ánimum induxti esse
Noló tibi ullum cómmodum in me claúdier.
SI. Meritó te semper máxumi fecí, Chremes.
CH. Sed quíd aïs? SI. Quid? CH. Qui scís eos nu cordare intér se?
SI. Ipsús mihi Dauos, qui íntumust eorúm co díxit:
Et ís mihi suadet núptias quantúm queam túrem.
Num cénses faceret, fílium nisi scíret eade uélle?
Tute ádeo iam eius uerba aúdies. heus, é huc Dáuom.
Atque éccum: uideo ipsúm foras exíre.

Davos. Simo. Chremes.

Da. Ad te ibam. Si. Quíd namst? III 4
úxor non arcéssitur? iam aduéspcrascit. Si. Aúdin?
dúdum non nil uéritus sum, Daue, ábs te, ne facerés idem,
uólgus seruorúm solet, dolís ut me delúderes,
;érea quod amat fílius. Da. Egon ístuc facerem? Si. Crédidi:
áde metuens uós celaui, quód nunc dicam. Da. Quíd? Si. Scies:
própemodum habeo iám fidem. Da. Tandém cognosti quí siem?
fúerant nuptiaé futurae. Da. Quíd? non? Si. Sed ea grátia
láui, uos ut pértemptarem. Da. Quíd aïs? Si. Sic res ést. Da. Vide:
|uam ístuc quiui ego íntellegere. uáh consilium cállidum.
aúdi: ut hinc te intro íre iussi, oppórtune hic fit mi óbuiam. Da. Hem,
nám perimus? Si. Nárro huic, quae tu dúdum narrastí mihi.
nam aúdio? Si. Gnatam út det oro, uíxque id exoro. Da. Óccidi. Si. Hem,
díxisti? Da. Optume ínquam factum. Si. Núnc per hunc nullást mora.
ım modo ibo, ut ádparetur dícam, atque huc renúntio.
te óro, Daue, quóniam solus mi éffecisti has núptias,

DA. Ego uéro solus. SI. gnátum mihi corrígere po enítere.
DA. Faciam hércle seduló. SI. Potes nunc, dum á mus inritátus est.
DA Quiéscas. SI. Age igitúr, ubi nunc est ípsus? D Mirum ní domist.
SI. Ibo ád eum atque eadem haec, tíbi quae dixi, cam itidem illi. DA. Núllus su
Quid caúsaest, quin hinc ín pistrinum récta pro ciscár uia?
Nil ést preci locí relictum: iám perturbaui ó nia:
Erúm fefelli: in núptias coniéci erilem fílium;
Feci hódie ut fierent, ínsperante hoc átque inui Pámphilo.
Hem astútias: quod sí quiessem, níl euenissét ma
Sed éccum uideo ipsum: óccidi.
Vtinám mihi esset áliquid hic, quo núnc me pra cipitém darem.

PAMPHILVS. DAVOS.

III 5 PA. Vbi illic est? scelús, qui me hodie .. DA. Pér PA. atque hoc confíteor iur
Mi óbtigisse, quándoquidem tam inérs, tam nu cónsili sum:
Séruon fortunás meas me cómmisisse fúttili!
Ego prétium ob stultitiám fero: sed inúltum nu quam id aúferet.
DA. Posthác incolumem sát scio fore mé, si deuito h malum.
PA. Nam quíd ego nunc dicám patri? negábon uel mé, modo

Qui súm pollicitus dúcere? qua *audác*ia id facere aúdeam?
Nec quíd me nunc faciám scio. Da. Nec mé quidem, atque id ago sédulo.
Dicam áliquid me inuentúrum, ut huic malo áliquam productém moram.
Oh. Da. Vísus sum. Pa. Eho dum bóne uir, quid aïs? uíden me consiliís tuis
Miserum ínpeditum esse? Da. Át iam expediam. Pa. Expédies? Da. Certe, Pámphile.
Nempe út modo. Da. Immo mélius spero. Pa. Oh, tíbi ego ut credam, fúrcifer?
Tu rem ínpeditam et pérditam restítuas? hem quo frétus sim,
Qui me hódie ex tranquillíssuma re cóniecisti in núptias.
Án non dixi esse hóc futurum? Da. Díxti. Pa. Quid meritú's? Da. Crucem.
Séd sine paululum ád me redeam: iam áliquid dispiciam. Pa. Eí mihi,
Quóm non habeo spátium, ut de te súmam supplicium, út uolo:
Námque hoc tempus praécauere míhi me, haud te ulciscí sinit.

# ACTVS IIII.

**Charinvs. Pamphilvs. Davos.**

IV 1 Ch Hócine crédibile aút memorábile,
Tánta uecórdia innáta quoiquam út siet,
Vt malis gaúdeant átque ex incómmodis
Álteriús sua ut cómparent cómmoda? ah
Ídnest uerum? ímmo id hominúmst genus p
mum,
Dénegandí modo quís pudor paúlum adest:
Póst ubi témpust promíssa iam pérfici,
Túm coactí necessário se áperiunt:
[Et timent, et tamen res cogit denegare]
Íbi tum eorum ínpudentíssuma orátiost
'Quís tu es? quis mihi es? quór meam tibi?
Heus, próxumus sum egomét mihi.'
At támen 'ubi fidés?' si rogés, nil pudént h
Vbi opúst: illic úbi nil opúst, ibi ueréntur.
Séd quid agam? adeamne ád eum et cum e
riam hanc expóstulem?
Íngeram mala múlta? atqui aliquis dícat 'n
móueris':
Multúm: molestus cérte ei fuero atque ánin
rem géssero.
Pa. Charíne, et me et te inprúdens, nisi quid
spiciunt, pérdidi.

I. Ítane 'inprudens'? tándem inuentast caúsa. soluistí fidem.
A. Quíd 'tandem'? Ch. Etiam núnc me ducere ístis dictis póstulas?
A. Quíd istuc est? Ch. Postquám me amare díxi, complacitást tibi.
Heú me miserum, quí tuom animum ex ánimo spectauí meo.
A. Fálsus es. Ch. Non sátis tibi esse hoc sólidumst uisum gaúdium,
Nísi me lactassés amantem et fálsa spe prodúceres.
Hábeas. Pa. Habeam? ah néscis quantis ín malis uorsér miser,
Quantásque hic consiliís mihi confláuit sollicitúdines
Meus cárnufex. Ch. Quid istúc tam mirumst, dé te si exemplúm capit?
. Haud ístuc dicas, sí cognoris uél me uel amorém meum.
:. Scio: cúm patre altercásti dudum, et ís nunc proptereá tibi
Suscénset nec te quíuit hodie cógere illam ut dúceres.
A Immo étiam, quom tu mínus scis aerumnás meas,
Haec núptiae non ádparabantúr mihi:
Nec póstulabat núnc quisquam uxorém dare.
A. Scio: tú coactus tuá uoluntate és. Pa. Mane:
Non dúm scis. Ch. Scio equidem íllam ducturum ésse te.
A. Quor me énicas? hoc aúdi. numquam déstitit
Instáre, ut dicerém me ducturúm patri:
Suadére, orare usque ádeo donec pérpulit.

Ch. Quis homo ístuc? Pa. Dauos. Ch. Quam
Pa. Nescio, nísi mihi
Deos sátis fuisse irátos, qui auscultáuerim.
Ch Factum hóc est, Daue? Da. Fáctum. Ch. Hem,
aïs, scelus?
At tíbi di dignum fáctis exitiúm duint.
Eho, díc mihi, si omnes húnc coniectum i
tias
Inimíci uellent, quód nisi consilium hóc da
Da. Decéptus sum, at non défetigatús. Ch. Sci
Da. Hac nón successit, ália adgrediemúr uia:
Nisi *si* íd putas, quia prímo processít paru
Non pósse iam ad salútem conuorti hóc mal
Pa. Immo étiam: nam satis crédo, si aduigiláue
Ex únis geminas míhi conficies núptias.
Da. Ego, Pámphile, hoc tibi pró seruitio débe
Conári manibus pédibus noctisque ét dies,
Capitís periclum adíre, dum prosím tibi:
Tuomst, síquid praeter spem éuenit, mi ig
Parúm succedit quód ago: at facio sédulo.
Vel mélius tute réperi, me missúm face.
Pa. Cupió: restitue quem á me accepistí locum.
Da. Faciam. Pa. Át iam hoc opus est. Da. St',
crepuit *hinc* a Glycerio
Pa. Nil ád te. Da. Quaero. Pa. Hem, núncin
Da. At iam hóc tibi inuentú

Mysis. Pamphilvs. Charinvs. Dav

IV 2 My. Iam ubi úbi erit, inuentúm tibi curábo et
addúctum
Tuom Pámphilum: modo tu, ánime mi, nol
ceráre.

Mysis. My. Quis est? *e*hem Pámphile, optumé mihi te offers. Pa. Quíd *id* est?
Oráre iussit, sí se ames, era, iám ut ad se*s*e uénias:
Vidére aït te cúpere. Pa. Vah, perii: hóc malum integráscit.
Sicín me atque illam operá tua nunc míseros sollicitári!
Nam idcírco arcessor, núptias quod mi ádparari sénsit.
Quibus quídem quam facile pótuerat quiésci, si hic quiésset!
Age, si híc non insanít satis sua spónte, instiga. My. Atque édepol
Ea rés est: proptereáque nunc misera ín maerorest. Pa. Mýsis,
Per omnís tibi adiuró deos, numquam eám me desertúrum,
Non, sí capiundos míhi sciam esse inimícos omnis hómines.
Hanc mi éxpetiui, cóntigit: conuéniunt mores: uáleant
Qui intér nos discidiúm uolunt: hanc nísi mors mi adimet némo.
Resipísco. Pa. Non Apóllinis magis uérum atque hoc respónsumst.
Si póterit fieri, ut né pater per mé stetisse crédat,
Quo mínus haec fierent núptiae, uoló. sed sí id non póterit,
Id fáciam, ín procliuí quod est, per mé stetisse ut crédat.
Quis uídeor? Ch. Miser, aeque átque ego. Da. Consílium quaero. Pa. Fortí's,

Scio, quód conere. Da. Hoc égo tibi proféсto fectum réddam.
Pa. Iam hoc ópus est. Da. Quin iam habeó. Ch. Quid Da. Huic, nón tibi habeo, ne ér
Ch. Sat hábeo. Pa. Quid faciés? cedo. Da. Dies híc ut satis sit uéreor
Ad agéndum: ne uacuom ésse me nunc ád narr dum crédas:
Proinde hínc uos amolímini: nam mi ínpedime éstis.
Pa. Ego hanc uísam. Da. Quid tu? quo hínc te ag Ch. Verúm uis dicam? Da. Immo ét
Narrátionis íncipit mi inítium. Ch. Quid me fiet
Da. Eho tu ínpudens, non sátis habes, quod tíbi d culam áddo,
Quantum huíc promoueo núptias? Ch. Daue, át men Da. Quid érgo?
Ch. Vt dúcam. Da. Ridiculum. Ch. Húc face ad me uénias, siquid póteris.
Da. Quid uéniam? nil habeo. Ch. Át tamen siquíd. D Age, ueniam. Ch. Síquid,
Domi éro. Da. Tu, Mysis, dum éxeo, parúmp opperíre hic.
My. Quaprópter? Da. Ita facto ópus est. My. *At* matúr Da. Iam inquam hic ádero.

## Mysis. Davos.

IV 3 My. Nilne ésse proprium quoíquam! di uostrám fide
Summúm bonum esse eraé putaui hunc Pámphilu
Amícum, amatorém, uirum in quouís loco
Parátum: uerum ex eó nunc misera quém capit
Labórem! facile hic plús malist quam illíc boni.

Sed Dáuos exit. mí homo, quid istuc óbsecrost?
Quo pórtas puerum? Da. Mýsis, nunc opus ést tua
Mihi ad hánc rem exprompta málitia atque astútia.
r. Quid nam íncepturu's? Da. Áccipe a me hunc ócius
Atque ánte nostram iánuam adpone. My. Óbsecro,
Humíne? Da. Ex ara hinc súme uerbenás tibi
Atque eás substerne. My. Quam óbrem id tute nón facis?
l. Quia, sí forte opus sit ád erum iur*ató* mihi
Non ádposisse, ut líquido possim. My. Intéllego:
Noua núnc religio *und*e ístaec incessít? cedo.
l. Moue ócius te, ut quíd agam porro intéllegas.
Pro Iúppiter. My. Quid est? Da. Spónsae pater intéruenit.
Repúdio quod consílium primum inténderam.
y. Nesció quid narres. Da. Égo quoque hinc ab déxtera
Veníre me adsimulábo: tu ut subséruias
Orátioni, ut quómque opus sit, uerbís uide.
y. Ego quíd agas nil intéllego: sed síquid est,
Quod méa opera opus sit uóbis, ut tu plús uídes,
Manébo, nequod uóstrum remorer cómmodum.

CHREMES. MYSIS. DAVOS.

ı. Reuórtor, postquam quae ópus fuere ad núptias IV 4
Gnataé paraui, ut iúbeam arcessi. séd quid hoc?
Puer hérclest. mulier, tu ádposisti hunc? My. Vbi illic est?
ı. Non míhi respondes? My. Núsquam est. uae miseraé mihi,
Relíquit me homo atque ábiit. Da. Di uostrám fidem,
Quid túrbaest apud forúm? quid illi hominum lítigant?

Tum annóna carast. quíd dicam aliud, néscio.
My. Quor tu óbsecro hic me sólam? Da. Hem, q
haec est fábula?
Eho Mýsis, puer hic úndest? quisue huc áttulit?
My. Satin sánu's, qui me id rógites? Da. Quem igit
rogem,
Qui hic néminem alium uídeam? Ch. Miror, ún
sit.
Da. Dictúra es quod rogo? My. Aú. Da. Concede
déxteram.
My. Delíras: non tute ípse? Da. Verbum sí mihi
Vnúm praeter quam quód te rogo .. faxís caue.
Male dícis? undest? díc. My. A nobis. Da. Háhah
Mirúm uero, inpudénter mulier sí facit
Meretríx? Ch. Ab Andriást haec, quantum intélleg
Da. Adeón uidemur uóbis esse idónei,
In quíbus sic inludátis? Ch. Veni in témpore.
Da. Propera ádeo puerum tóllere hinc ab iánua:
Mané: caue quoquam ex ístoc excessís loco.
My. Di te éradicent: íta me miseram térritas.
Da. Tibi égo dico an non? My. Quíd uis? Da. At etiá
rogas?
Cedo, quóium puerum hic ádposisti? díc mihi.
My. Tu néscis? Da. Mitte id quód scio: dic quód rog
My. Vostrí. Da. Quoius nostri? My. Pámphili. Ch. Hem
Da. Quid? Pámphili?
My. Eho, an nón est? Ch. Recte ego sémper fugi has
núptias.
Da. O fácinus animaduórtendum. My. Quid clámitas?
Da. Quemne égo heri uidi ad uós adferri uésperi?
My. O hóminem audacem. Da. Vérum: uidi Cántharam
Suffárcinatam. My. Dís pol habeo grátiam,

Quom in páriundo aliquot ádfuerunt líberae.
Ne illa íllum haud nouit, quóius causa haec íncipit:
'Chremés si *ad*positum púerum ante aedis uíderit,
Suam gnátam non dabít': tanto hercle mágis dabit.
Non hércle faciet. DA. Núnc adeo, ut tu sís sciens,
Nisi púerum tollis, iám ego hunc in mediám uiam
Prouóluam teque ibídem peruoluam ín luto.
Tu pól homo non es sóbrius. DA. Fallácia
Alia áliam trudit. iám susurrari aúdio,
Ciuem Átticam esse hanc. CH. Hém. DA. 'Coactus légibus
Eam uxórem ducet.' MY. Óbsecro, an non cíuis est?
Iocuĺárium in malum ínsciens paene íncidi.
Quis hic lóquitur? o Chremés, per tempus áduenis:
Auscúlta. CH. Audiui iam ómnia. DA. Anne haec tu ómnia?
Audíui, inquam, a princípio. DA. Audistin, óbsecro? hem
Scelera, hánc iam oportet ín cruciatum hinc ábripi.
Hic est ílle: non te crédas Dauom lúdere.
Me míseram: nil pol fálsi dixi, mí senex.
Noui ómnem rem. est Simo íntus? DA. Est. MY. Ne me áttigas,
Sceléste. si pol Glýcerio non ómnia haec . .
Eho inépta, nescis quíd sit actum? MY. Quí sciam?
Hic sócer est. alio pácto haud poterat fíeri,
Vt scíret haec quae uóluimus. MY. Praedíceres.
Paulum ínter esse cénses, ex animo ómnia,
Vt fért natura, fácias an de indústria?

### Crito. Mysis. Davos.

IV 5 Cr. In hác habitasse plátea dictumst Chrýsidem,
Quae sése inhoneste optáuit parere hic dítias
Potiús quam in patria honéste pauper uíueret:
Eius mórte ea ad me lége redierúnt bona.
Sed quós perconter uídeo. saluete. My. Óbse
Quem uídeo? estne hic Critó sobrinus Chrýsidi
Is ést. Cr. O Mysis, sálue. My. Saluos sís, Cr
Cr. Itan Chrýsis? hem. My. Nos quídem pol mise pérdidit.
Cr. Quid uós? quo pacto hic? sátine recte? My. Nós sic
Vt químus, aiunt, quándo ut uolumus nón licet
Cr. Quid Glýcerium? iam hic suós parentis répperi
My. Vtinam. Cr. Án non dum etiam? haud aúspic huc me áttuli:
Nam pól, si id scissem, númquam huc tetulis pedem:
Sempér enim dictast ésse haec atque habitást so
Quae illíus fuerunt, póssidet: nunc me hóspite
Litís sequi, quam id míhi sit facile atque útile,
Aliórum exempla cómmonent: simul árbitror,
Iam aliquem ésse amicum et défensorem ei: nám i
Grandícula iam proféctast illinc. clámitent
Me sýcophantam, heréditatem pérsequi
Mendícum: tum ipsam déspoliare nón lubet.
My. O óptume hospes, pól Crito antiquom óbtines.
Cr. Duc me ád eam, quando huc uéni, ut uideam. Máxume.
Da. Sequar hós: me nolo in témpore hoc uideát se

# ACTVS V.

## Chremes. Simo.

iam satis, Simó, spectata ergá te amicitiást mea: V 1
pericli incépi adire: orándi iam finém face.
studeo obsequí tibi, paene inlúsi uitam fíliae.
› enim nunc quom máxume abs te póstulo atque oró, Chremes,
ıeneficium uérbis initum dúdum nunc re cómprobes.
quam iniquos sís prae studio: dúm id efficias quód cupis,
.e modum benígnitatis néque quid me ores cógitas:
si cogités, remittas iám me onerare iniúriis.
us? Ch. At rogitas? pérpulisti me, út homini adulescéntulo
io occupáto amore, abhórrenti ab re uxória,
m ut darem ín seditionem átque in incertas núptias,
labore atque eíus dolore gnáto ut medicarér tuo:
trasti: incépi, dum res tétulit. nunc non fért: feras.
ı hinc ciuem esse áiunt: puer est nátus: nos missós face.

SI. Pér ego te deos óro, ut ne illis ánimum indu crédere,
Quíbus id maxume útilest, illum ésse quam de rumum.
Núptiarum grátia haec sunt fácta atque inc ómnia.
Vbi ea causa, quam óbrem haec faciunt, érit aden his, désinent.
CH. Érras: cum Dauo égomet uidi iúrgantem ancill SI. Scio.
CH. Véro uoltu, quom íbi me adesse neúter tum p sénserat.
SI. Crédo, et id factúras Dauos dúdum praedixít m
Ét nescio qui tíbi sum oblitus hódie, ac uolui, oere.

DAVOS. CHREMES. SIMO. DROMO.

V 2 DA. Ánimo nunciam ótioso esse ínpero CH. En Da tibi.
SI. Ýnde egreditur? DA. meó praesidio atque hósp SI. Quid illúd malist?
DA. Égo commodiorem hóminem aduentum témpus uidí. SI. Scelus,
Quém nam hic laudat? DA. Ómnis res est ian uado. SI. Cesso ádloqui?
DA. Érus est: quid agam? SI. O sálue, bone uir. Éhem Simo, o nostér Chre
Ómnia adparáta iam sunt íntus. SI. Curastí pr
DA. Ýbi uoles, arcésse. SI. Bene sane: íd enim hinc núnc abest.
Étiam tu hoc respóndes, quid istic tíbi negot DA. Míhin? SI. Ita.

ı? Sɪ. Tibi ergo. Dᴀ. Módo *ego* intro iui. Sɪ. Quási ego quam dudúm rogem.
tuo gnato una. Sɪ. Ánne est intus Pámphilus? crució́r miser. 851
non tu dixti ésse inter eos ínimicitias, cárnufex?
Sɪ. Quor igitur híc est? Cʜ. Quid illum cénses? cum illa lítigat.
ı uero indígnum, Chremes, iam fácinus faxo ex me aúdies.
.o qui senéx modo uenit: éllum, confidéns, catus: 855
ı faciem uideás, uidetur ésse quantiuís preti:
ís seueritás inest in uólta atque in uerbís fides.
nam adportas? Dᴀ. Níl equidem, nisi quód illum audiui dícere.
aït tandem? Dᴀ. Glýcerium se scíre ciuem esse Átticam. Sɪ. Hem,
ıó, Dromo. Dᴀ. Quíd ést? Sɪ. Dromo. Dᴀ. Audi. Sɪ. Vérbum si addiderís .. Dromo.
óbsecro. Dʀ. Quid uís? Sɪ. Sublime*n* íntro hunc rape, quantúm potes*t*. 861
ı? Sɪ. Dáuom. Dᴀ. Quam obrem? Sɪ. Quía lubet. rape ínquam. Dᴀ. Quid fecí? Sɪ. Rape.
uícquam inuenies mé mentitum, occídito. Sɪ. Nil aúdio:
iam te commótum reddam. Dᴀ. Támen etsi hoc uerúmst? Sɪ. Tamen.
ádseruandum uínctum, atque audin? quádrupedem constríngito. 865
núnciam: ego pol hódie, si uiuó, tibi
ndam, erum quid sít pericli fállere,

Et illí patrem. Ch. Ah ne saéui tanto opere. Ó Chremes,
Pietátem gnati! nónne te miserét mei?
Tantúm laborem cápere ob talem fílium?
Age Pámphile, exi Pámphile: ecquid té pudet?

Pamphilvs. Simo. Chremes.

V 3 Pa. Quis mé uolt? perii, páter est. Si. Quid aïs, ó nium ..? Ch. Ah,
Rem pótius ipsam díc, ac mitte mále loqui.
Si. Quasi quícquam in hunc iam gráuius dici póssie
Ain tándem, ciuis Glýceriumst? Pa. Ita praédic
Si. 'Ita praédicant'? o ingéntem confidéntiam!
Num cógitat quid dícat? num factí piget?
Vide num eíus color pudóris signum usquam dicat.
Adeo ínpotenti esse ánimo, ut praeter cíuium
Morem átque legem et suí uoluntatém patris
Tamen hánc habere stúdeat cum summó probro!
Pa. Me míserum! Si. Hem, modone id démum se Pámphile?
Olim ístuc, olim, quom íta animum induxtí tuo
Quod cúperes aliquo pácto efficiundúm tibi:
Eodém die istuc uérbum uere in te áccidit.
Sed quíd ego? quor me excrúcio? quor me máce
Quor meám senectutem huíus sollicito améntia?
An ut pro huíus peccatis égo supplicium súffer
Immo hábeat, ualeat, uíuat cum illa. Pa. Mí pa
Si. Quid 'mí pater'? quasi tu húius indigeás patris.
Domus, úxor, liberi ínuenti inuitó patre.
Addúcti qui illam cíuem hinc dicant: uíceris.
Pa. Patér, licetne paúca? Si. Quid dicés mihi?

ṡn, Simo, audi. Sɪ. Ego aúdiam? quid aúdiam,
més? Cʜ. At tandem dícat. Sɪ. Age, dicát sino.
me amare hanc fáteor: si id peccárest, fateor íd quoque.
pater, me dédo. quiduis óneris inpone, ínpera.
ne uxorem dúcere? hanc uis míttere? ut poteró, feram.
modo te obsecro, út ne credas á me adlegatum húnc senem:
me expurgem atque íllum huc coram addúcam. Sɪ. Adducas? Pᴀ. Síne, pater.
om postulát: da ueniam. Pᴀ. Síne te hoc exorém. Sɪ. Sino.
is cupio, dúm ne ab hoc me fálli comperiár, Chremes.
eccato mágno paulum súpplici satis ést patri.

ᴛᴏ. Cʜʀᴇᴍᴇs. Sɪᴍᴏ. Pᴀᴍᴘʜɪʟᴠs.

orare. una hárum quacuis caúsa me ut faciám monet, V 4
u uel quod uérumst uel quod ípsi cupio Glýcerio.
ium ego Critónem uideo? cérte is est. Cʀ. Saluos sís, Chremes.
tu Athenas ínsolens? Cʀ. Euénit. sed hicinést Simo?
Cʀ. Simo, men quaéris? Sɪ. Eho tu, Glýcerium hinc ciuem ésse aïs?
egas? Sɪ. Itane húc paratus áduenis? Cʀ. Qua ré? Sɪ. Rogas?
inpune haec fácias? tune hic hómines adulescéntulos

Ínperitos rérum, eductos líbere, in fraudi
licis?
Sóllicitando et póllicitando eorum ánimos li
Cr. Sánun es?
Si. Ác meretricios amores núptiis conglútinas?
Pa. Périi, metuo ut súbstet hospes. Cr. Sí, Sima,
norís satis,
Nón ita arbitrére: bonus est híc uir. Si. Hic
bonus?
Ítane attemperáte euenit, hódie in ipsis núpt
Vt ueniret, ántehac numquam? est uéro hu
dundúm, Chremes.
Pa. Ní metuam patrem, hábeo pro illa re illum
moneám probe.
Si. Sýcophanta. Cr. Hem. Ch. Síc, Crito, e
mítte. Cr. Videat quí si
Sí mihi pergit quaé uolt dicere, éa quae n
aúdiet.
Égo istaec moueo aut cúro? non tu tuóm
aequo animó feres?
Nam égo quae dico uéra an falsa audíeris
scirí potest.
Átticus quidam ólim naui fráeta ad Andrum
tus est
Ét istaec una párua uirgo. túm ille egens fo
plicat
Prímum ad Chrysidís patrem se. Si. Fábul
ceptát. Ch. Sine.
Cr. Ítane uero obtúrbat? Ch. Perge tu. Cr. Í
cognatús fuit,
Qui eúm recepit. íbi ego audiui ex íllo ses
Átticum.

Ís ibi mortuóst. Ch. Eius nomen? Cr. Nómen tam citó tibi? Pa. Hem,
Perií. Cr. Verum hercle opínor fuisse Phániam: hoc certó scio,
Rhamnúsium se aiébat esse. Ch. O Iúppiter. Cr. Eadem haéc, Chremes,
Multi álii in Andro audíuere. Ch. Vtinam id sít, quod spero. eho, díc mihi,
Quid eám tum? suamne esse aíbat? Cr. Non. Ch. Quoiam ígitur? Cr. Fratris fíliam.
Certé meast. Cr. Quid aïs? Si. Quid tu aïs? Pa. Árrige auris, Pámphile.
Qui crédis? Ch. Phania íllic frater méus fuit. Si. Noram ét scio.
Is béllum hinc fugiens méque in Asiam pérsequens proficíscitur:
Tum illám relinquere híc est ueritus. póst *ibi* nunc primum aúdio
Quid illó sit factum. Pa. Víx sum apud me: ita ánimus commotúst metu
Spe gaúdio, mirándo hoc tanto tám repentinó bono.
Ne istám multimodis tuam ínueniri gaúdeo. Pa. Credó, pater.
At mi únus scrupulus étiam restat, quí me male habet. Pa. Dígnus es
Cum tuá religione, ódium . . nodum in scírpo quaeris. Cr. Quíd istuc est?
Nomén non conuenít. Cr. Fuit hercle huic áliud paruae. Ch. Quód, Crito?
Numquíd meministi? Cr. Id quaéro. Pa. Egon huius mémoriam patiár meae

Voluptáti obstare, quóm ego possim in hác re
dicarí mihi?
Non pátiar. heus, Chremés, quod quaeris, P
*phi*last. Ch. Ipsást. Cr. E
Pa. Ex ípsa miliéns audiui. Si. Omnís nos gaudere
Chremes,
Te crédo credere. Ch. Íta me di ament, cr
Pa. Quid restát, pater?
Si. Iam dúdum res reddúxit me ipsa in grátiam.
O lepidúm patrem!
De uxóre, ita ut possédi, nil mutát Chremes? (
Causa óptumast:
Nisi quíd pater aït áliud. Pa. Nempe id? Si. Sc
cet. Ch. Dos, Pámphile, e
Decém talenta. Pa. Accípio. Ch. Propero ad
liam. eho mecúm, Crito:
Nam illám me credo haud nósse. Si. Quor non ill
huc transferrí iubes?
Pa. Recte ádmones: Dauo égo istuc dedam iám nego
Si. Nón potest.
Pa. Qui? Si. Quía habet aliud mágis ex sese et mái
Pa. Quid nam? Si. Vínctus e
Pa. Patér, non recte uínctust. Si. Haud ita iússi. P
Iube solui óbsecro.
Si. Age fíat. Pa. At matúra. Si. Eo intro. Pa. O faú
tum et felicém diem!

Charinvs. Pamphilvs.

V 5 Ch. Prouíso quid agat Pámphilus: atque éccum. Pa. Ali
quis me fórsitan
Putet nón putare hoc uérum: at mihi nunc síc es
hoc uerúm lubet.

ʒo deorum uítam eapropter sémpiternam esse árbitror,
uód uoluptates eórum propriae súnt: nam mi inmortálitas
ırtast, si nulla aégritudo huic gaúdio intercésserit.
ːd quem ego mihi potíssumum optem, quoí nunc haec narrém, dari?
uíd illud gaudist? Pa. Dáuom uideo. némost, quem malim ómnium:
ım húnc scio mea sólide solum gáuisurum gaúdia.

Davos. Pamphilvs. Charinvs.

ımphilus ubi nam híc est? Pa. Daue. Da. Quís homost? Pa. Ego sum. Da. O Pámphile. V 6
éscis quid mi obtígerit. Da. Certe: séd quid mi obtigerít scio.
; quidem ego. Da. More hóminum euenit, út quod sum nanctús mali
·íus resciscerés tu, quam ego illud quód tibi euenít boni.
.éa Glycerium suós parentis répperit. Da. Factúm bene. Ch. Hem.
ıter amicus súmmus nobis. Da. Quís? Pa. Chremes. Da. Narrás probe.
éc mora ullast, quín iam uxorem dúcam. Ch. Num ille sómniat
ı quae uigilans uóluit? Pa. Tum de púero, Daue.. Da. Ah désine.
ılus est quem díligant di. Ch. Sáluos sum, si haec uéra sunt.
ónloquar. Pa. Quis homóst? Charine, in témpore ipso mi áduenis.

CH. Béne factum. PA. Audisti? [illegible] Ómnia. age, [illegible] tuís secundis réspice.
Túos est nunc Chremés: factúrum quaé uoles [illegible] esse ómnia.
PA. Mémini: atque adeo lóngumst [illegible]llum me éxpe[illegible] dum éxeat.
Séquere hac me intus ád Glycerium núnc tu. [illegible] Daue, ábi domum,
Própera, arcesse hinc qui aúferant eam. quíd st[illegible] quid cessás? DA. Eo.
Ne éxpectetis dum éxeant huc: íntus despond[illegible] tur:
Íntus transigétur, siquid ést quod restet. CA[illegible] Plaúdite.

---

# ALTER EXITVS ANDRIAE.

PA. Mémini: atque adeo *ut uólui commodum húc se[illegible] exít foras.*
*Secede illuc áliquantisper. CH. Dáue, sequere hác. DA. Sequor.*

PAMPHILVS. CHARINVS. CHREMES. DAVOS.

PA. Te éxpectabam: est dé tua re, quód agere ego t[illegible] cúm uolo.
Óperam dedi, ne me ésse oblitum dícas tuae g[illegible]tae álterae:
Tíbi me opinor ínuenisse dígnum te atque illá uiru[illegible]
CHA. Périi, Daue: dé meo amore ac uíta *sortis* t[illegible] litur.

Nón noua istaec míhi condiciost, sí uoluissem, Pámphile.
Óccidi, Daue. Da. *Áh* mane. Cha. Perii. Chr. Id quam óbrem non uolui, éloquar.
Nón idcirco, quód eum omnino adfínem mihi nollem: Cha. Hém. Da. Tace.
séd amicitia nóstra, quae est a pátribus nobis trádita,
*Eíus* non aliquam pártem studui abdúctam tradi líberis.
Núnc quom copia ác fortuna utríque ut obsequerér dedit,
Détur. Pa. Bene factum. Da. Ádi atque age homini grátias. Cha. Salué, Chremes,
Meórum amicorum ómnium mi aequíssume:
Quid *dícam? nam illud* míhi non minus est gaúdio,
Quam *mi éuenire núnc* id quod *ego* abs te éxpeto:
Me répperisse, ut hábitus antehac fuí tibi,
*Eundém tuom* animum. Pa. Quom ád eum te adplicáueris,
Studium éxinde ut erit, túte existumáueris.
Aliénus abs te, támen qui tu esses nóueram.
Id ita ésse facere cóniecturam ex mé licet.
Ita rés est. gnatam tíbi meam Philúmenam
Vxórem et dotis séx talenta spóndeo.
*Agátur intus, síquid restet.* ω *Plaúdite.*

## METRA HVIVS FABVLAE HAEC SVNT

V. 1 ad 174 iambici senarii
- 175 et 177 iambici octonarii
- 176 iambicus quaternarius
- 178 et 179 trochaici septenarii
- 180 ad 195 iambici octonarii
- 196 ad 198 iambici senarii
- 199 ad 214 iambici octonarii
- 215 ad 226 iambici senarii
- 227 iambicus octonarius
- 228 ad 233 trochaici septenarii
- 234 ad 239 iambici octonarii
- 240 et 244 iambici quaternarii
- 241 et 242 trochaici septenarii
- 243 iambicus octonarius
- 245 et 247 trochaici octonarii
- 246 trochaicus dimeter catalecticus
- 248 ad 251 trochaici septenarii
- 252 iambicus quaternarius
- 253 ad 255 iambici octonarii
- 256 ad 260 trochaici septenarii
- 261 ad 269 iambici octonarii
- 270 ad 298 iambici senarii
- 299 et 300 iambici septenarii
- 301 et 305 et 307 trochaici octonarii
- 302 et 306 et 308 trochaici septenarii
- 303 et 304 309 ad 316 iambici octonarii
- 317 trochaicus septenarius
- 318 iambicus senarius
- 319 ad 383 trochaici septenarii
- 384 ad 393 iambici senarii

3 iambici octonarii
0 iambici senarii
4 bacchiaci tetrametri acatalecti
ɔus dimeter catalecticus
:us senarius
} iambici octonarii
} iambici senarii
5 iambici octonarii
ɔus septenarius
9 iambici octonarii
5 trochaici septenarii
icus dimeter catalecticus
} trochaici septenarii
2 iambici senarii
3 iambici octonarii
us quaternarius
1 iambici senarii
1 iambici septenarii
1 et 606 iambici octonarii
us quaternarius
trochaici octonarii
icus septenarius
) iambici octonarii
trochaici septenarii
cus tetrameter acatalectus
1 cretici tetrametri acatalecti
ɔitus ex duabus trochaicis tripodiis catalecticis
us quaternarius
bacchiaci tetrametri acatalecti
trochaici septenarii
iambici octonarii
) trochaici septenarii
iambici octonarii
iambici senarii
iambici octonarii
iambici septenarii
) iambici senarii
trochaici septenarii

V. 857 iambicus octonarius
- 858 et 859 trochaici septenarii
- 860 ad 863 iambici octonarii
- 864 trochaicus septenarius
- 865 iambicus octonarius
- 866 ad 895 iambici senarii
- 896 ad 928 trochaici septenarii
- 929 ad 958 iambici octonarii
- 959 ad 992 trochaici septenarii
- 993 ad 1003 iambici senarii

# E V N V C H V S

## P. TERENTI.

---

CA · MENANDRV · ACTA · LVDIS · MEGALENSIBVS
'TVMIO · ALBINO · L · CORNELIO · MERVLA · AED · CVR
E · L · AMBIVIVS · TVRPIO · L · ATILIVS · PRAEN
'S · FECIT · FLACCVS · TIBIIS · DVABVS · DEXTRIS
'TA · SECVNDA · M · VALERIO · C · FANNIO · COS

# C. SVLPICI APOLLINARIS PERIOCH

Sorórem falso díctitatam Tháïdis
Id ípsum ignorans míles aduexít Thraso
Ipsíque donat. érat haec ciuis Áttica.
Eídem eunuchum, quem émerat, tradi iubet
Thaídis amator Phaédria ac rus ipse abit
Thrasóni oratus bíduum concéderet.
Ephébus frater Phaédriae puéllulam
Cum déperiret dóno missam Tháïdi,
Ornátu eunuchi indúitur (suadet Pármeno),
Intro íuit, uitiat uírginem. sed Átticus
Ciuís repertus fráter eius cónlocat
Vitiátam ephebo: Phaédriam exorát Thraso.

---

## PERSONAE.

PHAEDRIA ADVLESCENS
PARMENO SERVOS
THAIS MERETRIX
GNATHO PARASITVS
CHAEREA ADVLESCENS
THRASO MILES
PYTHIAS ANCILLA
CHREMES ADVLESCENS
ANTIPHO ADVLESCENS
DORIAS ANCILLA
DORVS EVNVCHVS
SANGA SERVOS
SOPHRONA NVTRIX
LACHES SENEX.

# PROLOGVS.

Si quísquamst, qui placére se studeát bonis
Quam plúrimis et mínume multos laédere,
In hís poëta hic nómen profitetúr suom.
Tum síquis est, qui díctum in se incleméntius
Exístumabit ésse, sic exístumet,
Respónsum, non dictum ésse, quia laesít prior,
Qui béne uortendo et eásdem scribendó male
Ex Graécis bonis Latínas fecit nón bonas.
Idém Menandri Phásma nunc nupér dedit
Atque ín Thensauro scrípsit, causam dícere
Prius únde petitur, aúrum qua re sít suom,
Quam illíc qui petit, unde ís sit thensaurús sibi
Aut únde in patrium mónumentum peruénerit.
Dehinc né frustretur ípse se aut sic cógitet
'Defúnctus iam sum, níl est quod dicát mihi':
Is ne érret moneo et désinat lacéssere.
Habeo ália multa, quaé nunc condonábitur,
Quae próferentur póst, si perget laédere,
Ita ut fácere instítuit. quám nunc acturí sumus
Menándri Eunuchum, póstquam aediles émerunt,
Perfécit sibi ut inspíciundi esset cópia.
Magistrátus quom ibi adésset, occeptást agi.
Exclámat, furem, nón poëtam fábulam
Dedísse et nil dedísse uerborúm tamen:
Colacem ésse Naeui et Plaúti, ueterem fábulam,
Parasíti personam índe ablatam et mílitis.

Si id ést peccatum, péccatum inprudéntiast
Poëtae, non quo fúrtum facere stúduerit.
Id ita ésse uos iam iúdicare póteritis.
Coláx Menandrist: ín east parasitús colax
Et míles gloriósus: eas se nón negat
Persónas transtulísse in Eunuchúm suam
Ex Graéca: sed eas *áb aliis* factás prius
Latínas scisse sése, id uero pérnegat.
Quod sí personis ísdem huic uti nón licet:
Qui mágis licet curréntem seruom scríbere,
Bonás matronas fácere, meretricís malas,
Parasítum edacem, glóriosum mílitem,
Puerúm supponi, fálli per seruóm senem,
Amáre, odisse, súspicari? dénique
Nullúmst iam dictum, quód non sit dictúm prius.
Qua re aéquomst uos cognóscere atque ignóscere
Quae uéteres factitárunt si faciúnt noui.
Date óperam, cum siléntio animum atténdite,
Vt pérnoscatis, quíd sibi Eunuchús uelit.

# ACTVS I.

PHAEDRIA. PARMENO.

uid ígitur faciam? nón eam? ne núnc quidem I 1
uom arcéssor ultro? an pótius ita me cómparem,
on pérpeti meretrícum contumélias?
xclúsit: reuocat: rédeam? non, si me óbsecret.
iquidem hércle possis, níl prius neque fórtius:
erúm si incipies néque pertendes náuiter
tque, úbi pati non póteris, quom nemo éxpetet,
ıfécta pace ultro ád eam uenies, índicans
'e amáre et ferre nón posse: actumst, ílicet,
'erísti: eludet, úbi te uictum sénserit.
'roin tú, dum est tempus, étiam atque etiam cógita,
ıre: quaé res in se néque consilium néque modum
labet úllum, eam consílio regere nón potes.
n amóre haec omnia ínsunt uitia: iniúriae,
uspítiones, ínimicitiae, indútiae,
lellúm, pax rursum: incérta haec si tu póstules
latióne certa fácere, nilo plús agas,
)uam sí des operam ut cúm ratione insánias.
Et quód nunc tute técum iratus cógitas
Egone íllam, quae illum, quaé me quae non! síne modo,
Morí me malim: séntiet qui uír siem':
Haec uérba *illa* una me hércle falsa lácrimula,
)uam oculós *terendo mís*ere uix ui expréssérit,

Restínguet, et te ultro áccusabit, ét dabis
Vltro eí supplicium. Pʜ. O indígnum facinus:
ego
Et illám scelestam esse ét me miserum séntio
Et taédet: et amore árdeo: et prudéns sciens,
Viuós uidensque péreo: nec quid agám scio.
Pᴀ. Quid agás? nisi ut te rédimas captum quám q
Minumó: si nequeas paúlulo, at quantí queas:
Et né te adflictes. Pʜ. Ítane suades? Pᴀ. Sí
Neque praéter quam quas ípse amor moléstias
Habet áddas, et illas quás habet recté feras.
Sed eccam ípsa egreditur, nóstri fundi cálamit
Nam quód nos capere opórtet, haec intércipit.

THAIS. PHAEDRIA. PARMENO.

I 2 Tʜ. Miserám me, uereor ne íllud grauius Phaédria
Tulerít neue aliorsum átque ego feci accéperit,
Quod heri íntro missus nón est. Pʜ. Totus, Párm
Tremo hórreoque, póstquam aspexi hanc. Pᴀ. B
animo es:
Accéde ad ignem hunc, iám calesces plús satis.
Tʜ. Quis hic lóquitur? ehem, tun híc eras, mi Phaé
Quid stábas hic? quor nón intro ibas? Pᴀ.
terum
De exclúsione uérbum nullum? Tʜ. Quíd taces
Pʜ. Sané quia uero hae míhi patent sempér fores
Aut quía sum apud te prímus. Tʜ. Missa is
face.
Pʜ. Quid 'míssa'? o Thaïs, Tháïs, utinam essét mi
Pars aéqua amoris técum ac pariter fíeret,
Vt aút hoc tibi doléret itidem ut míhi dolet,
Aut égo istuc abs te fáctum nili pénderem!

ıcia te obsecro, ánime mi, mi Phaédria.
ıól, quo quemquam plús amem aut plus díligam,
ꞏi: sed ita erát res, faciundúm fuit.
, út fit, misera praé amore exclusti húnc foras.
agis, Parmeno? áge: sed huc qua grátia
'céssi iussi, auscúlta. Ph. Fiat. Th. Díc mihi
ırímum, potin est híc tacere? Pa. Egone? óptume.
ı heús tu, hac lege tíbi meam astringó fidem:
uéra audiui, táceo et contineo óptume:
ılsum aut uanum aut fínctumst, continuó palamst:
ɜ rimarum sum, hác atque illac pérfluo.
tú, tacere sí uis, uera dícito.
mihi mater fúit: ea habitabát Rhodi.
; taceri hoc. Th. Íbi tum matri páruolam
ım dono quídam mercatór dedit
tica hinc abréptam. Ph Ciuemne? Th. Árbitror:
m non scimus: mátris nomen ét patris
ıt ipsa: pátriam et signa cétera
: scíbat neque per aétatem etiam pótis erat.
.tor hoc addébat: e praedónibus,
émerat, se audísse abreptam e Súnio.
ubi accepit, coépit studiose ómnia
e, educere, íta uti si esset fília.
ɜm plerique ésse credebánt meam.
cum íllo, quocum tam úno rem habebam hóspite,

Abii húc, qui mihi relíquit haec quae h
ómnia.
PA. Vtrúmque hoc falsumst: écfluet. TH. Qui i
PA. Quia
Neque tu úno eras conténta neque solús dedi
Nam hic quóque bonam magnámque partem a
áttulit.
TH. Itást; sed sine me péruenire quó uolo.
Intérea miles, quí me amare occéperat,
In Cáriamst proféctus: te intereá loci
Cognóui. tute scís postilla quam íntumum
Habeám te et mea consília ut tibi credam ó
PA Ne hoc quídem tacebit Pármeno. TH. Oh dubi
id est?
Hoc ágite, amabo. máter mea illic mórtuast
Nupér: eius frater áliquantum ad remst áuid
Is ubi *ésse* hanc forma uídet honesta uírginei
Et fídibus scire, prétium sperans ílico
Prodúcit, uendit. fórte fortuna ádfuit
Hic méus amicus: émit eam donó mihi,
Inprúdens harum rérum ignarusque ómnium.
Is uénit: postquam sénsit me tecúm quoque
Rem habére, fingit caúsas ne det sédulo:
Ait, sí fidem habeat se íri praepositúm tibi
Apúd me, ac non id métuat, ne, ubi accéperi
Sesé relinquam, uélle se illam míhi dare:
Verum íd uereri. séd ego quantum súspicor,
Ad uírginem animum adiécit. PH. Etiamn
plius?
TH. Nil: nám quaesiui. núnc ego eam, mi Phaé
Multaé sunt causae quam óbrem cupio abdúcei
Primúm quod soror est dícta, praeterea út

:uam ac reddam. sóla sum: habeo hic néminem
: amícum neque cognátum. quam obrem, Phaédria,
áliquos parere amícos benefició meo.
ábo adiuta mé, quo id fiat fácilius.
llúm priores pártis hosce aliquót dies
me habere. níl respondes? Ph. Péssuma,
quícquam cum istis fáctis tibi respóndeam?
óster, laudo: tándem perdoluít: uir es.
;o nescibam, quórsum tu ires: 'páruola
ést abrepta: edúxit mater pró sua:
díctast: cupio abdúcere, ut reddám suis:'
e ómnia haec nunc uérba huc redeunt déni-que:
dor, ille récipitur. qua grátia?
si íllum plus quam mé amas et istam núnc times,
aduéctast, ne illum tálem praeripiát tibi.
id tímeo? Ph. Quid te ergo áliud sollicitát? cedo.
sólus ille dóna dat? numcúbi meam
nitatem sénsisti in te claúdier?
e úbi mi dixti cúpere te ex Aethíopia
lulam, relíctis rebus ómnibus
ıíui? porro eunúchum dixti uélle te,
sólae utuntur hís reginae: répperi,
minas uigínti pro ambobús dedi.
n contemptus ábs te haec habui in mémoria:
aéc facta abs te spérnor! Th. Quid istic, Phaédria?

Quamquam íllam cupio abdúcere atque hac re bitror
Id fieri posse máxume: uerúm tamen
Potiús quam te inimicum hábeam, faciam ut seris.
Ph. Vtinam ístuc uerbum ex ánimo ac uere dícere
'Potiús quam te inimicum hábeam': si istuc derem
Sincére dici, quíduis possem pérpeti.
Pa. Labáscit, uictust, úno uerbo, quám cito!
Th. Ego nón ex animo mísera dico? quám ioco
Rem uóluisti a me tándem, quin perféceris?
Ego ínpetrare néqueo hoc abs te, bíduom
Saltem út concedas sólum. Ph. Siquidem bídu
Verúm ne fiant ísti uigintí dies.
Th. Profécto non plus bíduom aút.. Ph. Aut? nīl mor
Th. Non fiet: hoc modo síne te exorem. Ph. S licet
Faciúndumst quod uis. Th. Mérito te amo, bé facis.
Ph. Rus íbo: ibi hoc me mácerabo bíduom:
Ita fácere certumst: mós gerundust Tháïdi.
Tu, Pármeno, huc fac illi ádducantur. Pa. Máxum
Ph. In hoc bíduom Thaïs uale. Th. Mi Phaédria, 1
Et tú: numquid uis áliud? Ph. Egone quíd uelin
Cum mílite isto praésens absens út sies:
Diés noctisque mé ames, me desíderes,
Me sómnies, me expéctes, de me cógites,
Me spéres, me te obléctes, mecum tóta sis: 1
Meus fác sis postremo ánimus, quando ego súm tu
Th. Me míseram, forsan híc mihi paruam habeát fid
Atque éx aliarum ingéniis nunc me iúdicet.

Ego pól, quae mihi sum cónscia, hoc certó scio,
Neque mé finxisse fálsi quicquam néque meo
Cordi ésse quemquam cáriorem hoc Phaédria:
Et quídquid huius féci, causa uírginis
Fecí: nam me eius spéro fratrem própemodum
Iam répperisse, adoléscentem adeo nóbilem:
Et is hódie uenturum ád me constituít domum.
Concédam hinc intro atque éxpectabo, dúm uenit.

# ACTVS II.

PHAEDRIA. PARMENO.

II 1 Ph. Fác, ita ut iussi, déducantur ísti. Pa. Faciam. Ph. At díligenter.
Pa. Fíet. Ph. At matúre. Pa. Fiet. Ph. Sátin h mandatúmst tibi? Pa. Ah
Rogitáre, quasi difficile sit.
Vtinam tam aliquid ínuenire fácile possis, Ph dria,
Quam hóc peribit. Ph. Ego quoque una pér quod mihist cárius:
Ne istúc tam iniquo pátiare animo. Pa. Mínum qui effectúm dabo.
Sed númquid aliud ínperas?
Ph. Múnus nostrum ornáto uerbis, quód poteris: et i lum aémulum,
Quod póteris, ab ea péllito. Pa. Au,
Mémini, tam etsi núllus moneas. Ph. Égo rus i atque íbi manebo.
Pa. Cénseo. Ph. Sed heús tu. Pa. Quid uis? Ph. Cénsen posse me óffirmare
Pérpeti, ne rédeam interea? Pa. Téne? non herc árbitror:
Nam aut iám reuortere, aút mox noctu te ádig horsum insómnia.
Ph. Opus fáciam, ut defetíger usque, ingrátiis ut dó miam.

Vigilábis lassus: hóc plus facies. Ph. Ábi, nil dicis, Pármeno.
Eĭciunda hercle haec ést mollities ánimi: nimis me indúlgeo.
Tandém non ego illam cáream, si sit ópus, uel totum tríduom? Pa. Hui,
Ýniuorsum tríduom? uide quíd agas. Ph. Stat senténtia.
Dí boni, quid hoc mórbist? adeon hómines inmutárier
Éx amore, ut nón cognoscas eúndem esse! hoc nemó fuit
Mínus ineptus, mágis seuerus quísquam nec magis cóntinens.
Séd quis hic est, qui huc pérgit? attat, híc quidemst parasitús Gnatho
Mílitis: ducít secum una uírginem dono huíc: papae,
Fácie honesta. mírum ni ego me túrpiter hodie híc dabo
Cúm meo decrepito hóc eunucho. haec súperat ipsam Tháïdem.

GNATHO. PARMENO.

Di ínmortales, hómini homo quid praéstat? stulto intéllegens II 2
Quíd inter est? hoc ádeo ex hac re uénit in mentém mihi:
Cónueni hodie aduéniens quendam meí locì hinc atque órdinis
Hóminem haud inpurum, ítidem patria qui ábligurrierát bona:

Vídeo sentum squálidum aegrum, pánnis annisq óbsitum.
'Quíd istuc' inquam 'ornátist?' "quoniam míser qu habui pérdidi, en
Quó redactus sum. ómnes noti me átque amici d serunt."
Híc ego illum contémpsi prae me; 'quíd homo' i quam 'ignauíssume?
Ítan parasti te, út spes nulla rélicua in te sít tibi?
Símul consilium cúm re amisti? uíden me ex eode ortúm loco?
Quí color, nitór, uestitus, quaé habitudost córpori
Ómnia habeo, néque quicquam habeo: níl quom e nil defít tamen.'
"Át ego infelix néque ridiculus ésse neque plag pati
Póssum." 'quid? tu his rébus credis fíeri? tot errás uia.
Ólim isti fuit géneri quondam quaéstus apud sae clúm prius:
Hóc nouomst aucúpium: ego adeo hanc prímus i ueni uiam.
Ést genus hominum, qui ésse primos se ómniu rerúm uolunt,
Néc sunt: hos conséctor: hisce ego nón paro m ut rídeant,
Séd *eis* ultro adrídeo et eorum íngenia admir simul:
Quídquid dicunt, laúdo: id rursum sí negant, laud íd quoque:
Négat quis: nego; aït: áio; postremo ínperaui egomét mihi

Ómnia adsentári. is quaestus núnc est multo ubérrumus.'
- Scítum hercle hominem: hic hómines prorsum ex stúltis insanós facit.
r. Dum haec lóquimur, intereá loci ad macéllum ubi aduentámus,
Concúrrunt laeti mi óbuiam cuppédinarii ómnes:
Cetárii, lanií, coqui, fartóres, piscatóres,
Quibus ét re salua et pérdita profúeram et prosum saépe:
Salútant, ad cenám uocant, aduéntum gratulántur.
Ille úbi miser famélicus uidet me ésse tanto honóre,
Tam fácile uictum quaérere: [ibi] homo coépit me obsecráre,
Vt síbi liceret díscere id de mé: sectari iússi,
Si pótis est, tamquam phílosophorum habent dísciplinae ex ípsis
Vocábula, parasíti ita ut Gnathónici uocéntur.
a. Viden ótium et cibus quíd facit aliénus? Gn. Sed ego césso
Ad Tháïdem hanc dedúcere et rogáre ad cenam ut uéniat?
Sed Pármenonem ante óstium †Thaidis tristem uídeo,
Riuális seruom: sálua res. ni mírum, hisce homines frígent.
Nebulónem hunc certumst lúdere. Pa. Hisce hoc múnere arbitrántur
Suam Tháïdem esse. Gn. Plúrima salúte Parmenónem
Summúm suom inpertít Gnatho. quid ágitur? Pa. Statur. Gn. Vídeo.

Numquíd nam hic quod nolís uides? Pa. Te. G
Crédo: at numquid áliud?
Pa. Qui dúm? Gn. Quia tristi's. Pa. Níl quidem. G
Ne sís: sed quid uidétur
Hoc tíbi mancupium? Pa. Nón malum hercle. Gn. Vi
hóminem. Pa. Vt falsus ánimi
Gn. Quam hoc múnus gratum Tháïdi arbitráre esse
Pa. Hoc nunc dícis,
Eiéctos hinc nos: ómnium rerum, heús, uicissitúdo est
Gn. Sex égo te totos, Pármeno, hos mensís quietum réddam,
Ne súrsum deorsum cúrsites neue úsque ad lucem uígiles:
Ecquíd beo te? Pa. Mén? papae. Gn. Sic sóle amicos. Pa. Laúdo.
Gn. Detíneo te: fortásse tu proféctus alio fúeras.
Pa. Nusquám. Gn. Tum tu igitur paúlulum da mi ópe rae: fac ut admíttar
Ad íllam. Pa. Age modo, nunc tíbi patent fore haé, quia istam dúcis.
Gn. Numquem éuocari hinc uís foras? Pa. Sine bíduo hoc praetéreat:
Qui míhi nunc uno dígitulo foris áperis fort nátus,
Ne tu ístas faxo cálcibus saepe ínsultabis frú tra.
Gn. Etiám nunc hic stas, Pármeno? [eho] num na híc relictu's cústos,
Nequís forte internúntius clam a mílite ad ista cúrset?
Pa. Facéte dictum: míra uero míliti quae pláceant.
Sed uídeo erilem fílium minórem huc aduenîre.

ór, qui ex Piraeo ábierit: nam ibi cústos publicést nunc.
témerest: et properáns uenit: nesció quid circumspéctat.

CHAEREA. PARMENO.

idi. II 3
ue uírgost usquam néque ego, qui illam e cónspectu amisí meo.
quaéram, ubi inuestígem, quem percónter, quam insistám uiam,
ertus sum. una haec spés est: ubi ubi est, diú celari nón potest.
áciem pulchram: déleo omnis dehínc ex animo múlieres:
dét cotidiánarum harum fórmarum. PA. Ecce autem álterum,
cio quid de amóre loquitur: o ínfortunatúm senem!
uérost, qui si occéperit,
lúm iocumque dícet fuisse illum álterum,
eut húius rabies quaé dabit.
illúm di deaeque sénium perdant, qui hódie me remorátus est:
que ádeo qui restíterim: tum autem qui íllum flocci fécerim.
l eccum Parmenónem. salue. PA. Quíd tu es tristis? quídue es alacris?
de is? CH. Egone? néscio hercle, néque unde eam neque quórsum eam:
prórsum oblitus súm mei.
i quaéso? CH. Amo. PA. Hem. CH. Nunc, Pármeno, te osténderis qui uír sies.

Scis té mihi saepe póllicitum esse 'Chaérea, quid ínueni
Modo quód ames: in ea re útilitatem ego fáci cognoscás meam',
Quom in céllulam ad te pátris penum omnem gerebam clánculum.
PA. Age, inépte. CH. Hoc hercle fáctumst. fac sis promissa adpáreant:
Sic ádeo digna rés est, ubi tu néruos intendás
Haud símilis uirgost uírginum nostrárum, quas trés student
Demíssis umeris ésse, uincto péctore, ut gra sient.
Siquíst habitior paúlo, pugilem esse áiunt, cúnt cibum:
Tam etsí bonast natúra, reddunt cúratura iúnce
Itaque érgo amantur. PA. Quíd tua istaec? Noua figura orís. PA. Papae
CH. Color uérus, corpus sólidum et suci plénum. PA. Anni? CH. Anni? séde
PA. Flos ípsus. CH. Hance tú mihi uel ui uél clam precário
Fac trádas: mea nil ré fert, dum potiár modo.
PA. Quid? uírgo quoiast? CH. Néscio hercle. PA. déśt? CH. Tantundem. PA. hábitat?
CH. Ne id quídem. PA. Vbi uidisti? CH. Ín uia. Qua rátione amisísti?
CH. Id équidem aduenìens mécum stomachabár m
Neque quémquam ego hominem esse árbitror magis bonae
Felícitates ómnes auorsaé sient.

Quid hóc est sceleris! périi. Pa. Quid factúmst? Ch. Rogas?
Patrís cognatum atque aéqualem Archidémidem
Nouístin? Pa. Quid ni? Ch. Is, dum hánc sequor, fit mi óbuiam.
Incómmode hercle. Ch. Immo énim uero infelíciter:
Nam incómmoda alia súnt dicenda, Pármeno.
Illúm liquet mihi déierare his ménsibus
Sex séptem prorsus nón uidisse próxumis,
Nisi núnc, quom minume uéllem minumeque ópus fuit.
Eho nónne hoc monstri símilest? quid aïs? Pa. Máxume.
Contínuo adcurrit ád me, quam longé quidem,
Incúruos, tremulus, lábiis demissís, gemens:
'Heus heús, tibi dico, Chaérea' inquit. réstiti.
'Scin quíd ego te uolébam?' "dic." 'cras ést mihi
Iudícium.' "quid tum?" 'ut díligenter núnties
Patri, áduocatus máne mi esse ut méminerit.'
Dum haec dícit, abiit hóra. rogo numquíd uelit.
'Recte' ínquit. abeo. quom húc respicio ad uírginem,
Illa sése interea cómmodum huc aduórterat
In hanc nóstram plateam. Pa. Mírum ni hanc dicít, modo
Huic quaé datast dono. Ch. Húc quom aduenio, núlla erat.
Comités secuti scílicet sunt uírginem?
Verúm: parasitus cum áncilla. Pa. Ipsast: ílicet:
Desíne: iam conclamátumst. Ch. Alias rés agis.
Istúc ago equidem. Ch. Nóstin quae sit? díc mihi,
Vidístin? Pa. Vidi, nóui: scio quo abdúcta sit.
Eho Pármeno mi, nóstin et scis úbi siet?

PA. Húc deductast ád meretricem Tháïdem: ei datast.
CH. Quís is est tam poténs cum tanto múnere hoc? Milés Thraso,
Phaédriae riuális. CH. Duras frátris partis pra
PA. Ímmo si sciás quod donum huic dóno contra paret,
Mágis id dicas. CH. Quód nam quaeso hercle? Eúnuchum. CH. Illumne ób
Ínhonestum hominem, quém mercatus ést heri, nem múlierem?
PA. Ístunc ipsum. CH. Homó quatietur cérte cum foras.
Séd istam Thaïdém non sciui nóbis uicinam. Haúd diust.
CH. Périi, numquamne étiam me illam uídisse! eho díc mihi:
Éstne, ut fertur, fórma? PA. Sane. CH. At nostram hanc. PA. Ália re
CH. Óbsecro hercle, Pármeno, fac ut pótiar. PA. ciam sédulo:
Dábo operam, adiuuábo: numquid me áliud? Quo nunc ís? PA. Domum,
Vt mancupia haec, íta uti iussit fráter, ducam Tháïdem.
CH Ó fortunatum ístum eunuchum, quí quidem in h detúr domum!
PA. Quíd ita? CH. Rogitas? súmma forma sémper c seruám domi
Vidébit, conloquétur, aderit úna in unis aédibu
Cibúm non numquam cápiet cum ea: intérdum pr ter dórmiet.

sí nunc tute fórtunatus fías? Ch. Qua re, Pármeno?
ónde. Pa. Capias tu íllius uestem. Ch. Véstem? quid tum póstea?
lló te deducam. Ch. Aúdio. Pa. Te esse íllum dicam. Ch. Intéllego.
llíus fruare cómmodis, quibus tú illum dicebás modo:
n úna capias, ádsis, tangas, lúdas, propter dórmias:
dóquidem illarum néque te quisquam nóuit neque scit quí sies.
térea forma et aétas ipsast, fácile ut pro eunuchó probes.
probe, nec úmquam uidi mélius consiliúm dari.
eámus intro núnciam: orna me, ábduc, duc, quantúm potest.
agís? iocabar équidem. Ch. Garris. Pa. Périi, quid ego egí miser?
trúdis? perculerís iam tu me. tíbi equidem dicó, mane.
ıs. Pa. Pergin? Ch. Cértumst. Pa. Vide ne nímium calidum hoc sít modo.
ést profecto: síne. Pa. At enim istaec ín me cudetúr faba. Ch. Ah.
tium facimus. Ch. Án id flagitiumst, si ín domum meretríciam
car et illis crúcibus, quae nos nóstramque adulescéntiam
nt déspicatam et quaé nos semper ómnibus cruciánt modis,

Nunc réferam gratiam átque eas itidem fállam,
ab illis fállimur?
An pótius hoc patri aéquomst fieri, ut á me l
túr dolis?
Quod quí rescierint, cúlpent; illud mérito fac
omnés putent.
Pa. Quid istíc? si certumst fácere, faciam: uérum
post cónferas
Culpam ín me. Ch. Non faciám. Pa. Iubesne?
Iúbeam? cogo atque ínpero;
Numquám defugio auctóritatem. Pa. Séquere:
uortánt bene.

# ACTVS III.

THRASO. GNATHO. PARMENO.

nás uero agere grátias Thaïs mihi? III 1
ìntis. TH. Ain tu, laétast? GN. Non tam ipsó quidem
ıó, quam abs te datum ésse: id uero sério
ímphat. PA. Hoc prouíso ut, ubi tempús siet,
úcam. sed eccum mílitem. TH. Est istúc datum
fécto, ut grata míhi sint quae facio ómnia.
ıórti hercle animum. TH. Vél rex semper máxumas
ıi agébat quidquid féceram: aliis nón item.
óre alieno mágno partam glóriam
·bís saepe in se tránsmouet, qui habét salem,
ıd in tést. TH. Habes. GN. Rex te érgo in oculís TH. Scílicet.
táre? TH. Vero: crédere omnem exércitum,
ısília. GN. Mirum. TH. Túm sicubi eum sátietas
ninum aút negoti síquando odium céperat,
[uiéscere ubi uolébat, quasi: nostín? GN. Scio:
ısi ubi íllam expueret míseriam ex animó. TH. Tenes.
n mé conuiuam sólum abducebát sibi. GN. Hui,
;em élegantem nárras. TH. Immo síc homost:
paúcorum hominum. GN. Ímmo nullorum árbitror,

Si técum uiuit. Th. Inuidere omnés mihi,
Mordére clanculum: égo non flocci péndere:
Illi ínuidere mísere: uerum unús tamen
Inpénse, elephantis quem Índicis praefécerat.
Is úbi molestus mágis est, 'quaeso' inquám 'St
Eone és ferox, quia habés inperium in béluas?'
Gn. Pulcherrume hercle díctum et sapientér. pap
Iuguláras hominem. quíd ille? Th. Mutus ilic
Gn. Quid ni ésset? Pa. Di uostrám fidem: hom pérditum
Miserúmque: et illum sácrilegum. Th. Quid ill Gnatho,
Quo pácto Rhodium tétigerim in conuíuio,
Numquám tibi dixi? Gn. Númquam: sed narra secro.
Plus mílliens audíui. Th. Vna in conuíuio
Erat híc, quem dico, Rhódius adulescéntulus.
Forte hábui scortum: coépit ad id adlúdere
Et me ínridere. 'quíd aïs' inquam homini 'ín dens?
Lepus túte es et pulméntum quaeris?' Gn. Háhah
Th. Quid ést? Gn. Facete, lépide, laute, níl supra.
Tuomne, óbsecro te, hoc díctum erat? uetus cr didi.
Th. Audíeras? Gn. Saepe, et fértur in primís. T Meumst.
Gn. Dolet díctum inprudenti ádulescenti et líbero.
Pa. At té di perdant. Gn. Quíd ille quaeso? Th. P ditus:
Risu ómnes qui aderant émoriri: dénique
Metuébant omnes iám me. Gn. Non iniúria.
Th. Sed heús tu, purgon égo me de istac Thaïdi,

od eám me amare súspicatast? Gn. Nîl minus.
no aúge magis suspítionem. Th. Quór? Gn. Rogas?
n, síquando illa méntionem Phaédriae
cit aút si laudat, te út male urat? Th. Séntio.
út ne fiat, haéc res solast rémedio.
i nóminabit Phaédriam, tu Pámphilam
ntínuo. siquando ílla dicet 'Phaédriam
tró mittamus cómmissatum': Pámphilam
ntátum prouocémus. si laudábit haec
íus formam: tu húius contra. dénique
ir pró pari reférto, quod eam mórdeat.
iquidém me amaret, tum ístuc prodessét, Gnatho.
uando íllud quod tu dás expectat átque amat,
m dúdum te amat: iám dudum illi fácile fit
uod dóleat: metuit sémper, quem ipsa núnc capit
ructúm, nequando irátus tu alio cónferas.
ene díxti: ac mihi istuc nón in mentem uénerat.
idículum: non enim cógitaras: céterum
lem hoc túte melius quánto inuenissés, Thraso!

'hais. Thraso. Parmeno. Gnatho.
Pythias.

udíre uocem uísa sum modo mílitis. III 2
tque éccum. salue, mí Thraso. Thr. O Thaïs mea,
feum sáuium, quid ágitur? ecquid nós amas
e fídicina istac? Pa. Quám uenuste: quód dedit
rincípium aduenieus! Th. Plúrimum meritó tuo.
ámus ergo ad cénam: quid stas? Pa. Hem álterum:
x hómine hunc natum dícas? Thr. Vbi uis, nón moror.

PA. Adíbo atque adsimulábo quasi nunc éxeam.
Itúran, Thaïs, quópiam es? TH. Ehem, Párm
Bene fécisti: hodie itúra. PA. Quo? TH. Q
hunc nón uides?
PA. Video ét me taedet. úbi uis, dona adsúnt tibi
A Phaédria. THR. Quid stámus? quor non i
hinc?
PA. Quaeso hércle ut liceat, páce quod fiát tua,
Dare huíc quae uolumus, cónuenire et cónloqu
THR. Perpúlchra credo dóna aut nostri símilia.
PA. Res índicabit. heús iubete istós foras
Exíre, quos iussi, ócius. procéde tu huc.
Ex Aéthiopiast úsque haec. THR. Hic sunt
minae.
GN. Vix. PA. Ýbi tu es, Dore? accéde. *en* eunuch
tibi,
Quam líberali fácie, quam aetate íntegra!
TH. Ita mé di ament, honéstust. PA. Quid tu
Gnatho?
Numquíd habes quod contémnas? quid tu aut
Thraso?
Tacént: satis laudant. fác periclum in lítteris,
Fac ín palaestra, in músicis: quae líberum
Scire aéquomst adulescéntem, sollertém dabo.
THR. Ego íllum eunuchum, si ópus siet, uel sóbrius.
PA. Atque haéc qui misit, nón sibi soli póstulat
Te uíuere et sua caúsa excludi céteros,
Neque púgnas narrat néque cicatricís suas
Osténtat neque tibi óbstat, quod quidám facit:
Verum úbi molestum nón erit, ubi tú uoles,
Vbi témpus tibi erit, sát habet, si tum récipitur.
THR. Adpáret seruom hunc ésse domini paúperis

Miserique. Gn. Nam hercle némo posset, sát scio,
Qui habéret qui paráret alium, hunc pérpeti.
Tace tú, quem ego esse infra ínfumos omnís puto
Hominés: nam qui huic adséntari animum indúxeris,
E flámma petere té cibum posse árbitror.
Iamne ímus? Th. Hos prius íntro ducam et quaé uolo
Simul ínperabo: póste continuo éxeo.
Ego hinc ábeo. tu istanc ópperire. Pa. Haud cónuenit
Vna íre cum amica ínperatorem ín uia.
. Quid tíbi ego multa dícam? domini símiu's.
Hahahaé. Thr. Quid rides? Gn. Ístuc quod dixtí modo:
Et illúd de Rhodio díctum quom in mentém uenit.
Sed Tháïs exit. Thr. Ábi prae, cura ut sínt domi
Paráta. Gn. Fiat. Th. Díligenter, Pýthias,
Fac cúres, si Chremés hoc forte aduénerit,
Vt óres, primum ut rédeat: si id non cómmodumst,
Vt máneat: si id non póterit, ad me addúcito.
Ita fáciam. Th. Quid? quid áliud uolui dícere?
Ehem: cúrate istam díligenter uírginem:
Domi adsítis facite. Thr. Eámus. Th. Vos me séquimini.

Chremes. Pythias.

Profécto quanto mágis magisque cógito, III 3
Ni mírum, dabit haec Tháïs mihi magnúm malum:
Ita mé uideo ab ea astúte labefactárier.
Iam túm quom primum iússit me ad se arcéssier,
Rogét quis 'quid tibi cum ílla?' ne norám quidem.

Vbi uéni, causam, ut íbi manerem, répperit:
Ait rém diuinam fécisse˙ et rem sériam
Velle ágere mecum. iám tum erat suspítio,
Doló malo haec fieri ómnia. ipsa adcúmbere
Mecúm, mihi sese dáre, sermonem quaérere.
Vbi fríget, huc euásit, quam pridém pater
Mihi et máter mortui éssent. dico, iám diu.
Rus Súnii ecquod hábeam et quam longe á mari.
Credo eí placere hoc, spérat se a me auéllere.
Postrémo, ecqua inde párua periissét soror;
Ecquís cum ea una; quíd habuisset, quóm perit;
Ecquís eam posset nóscere. haec quor quaéritet?
Nisí si ílla forte quae ólim periit páruola,
Eam sése intendit ésse, utist audácia.
Verum éa si uiuit, ánnos natast sédecim,
Non máior: Thaïs, quám ego sum, maiúsculast.
Misít porro orare, út uenirem, sério.
Aut dícat quod uolt aút molesta né siet.
Non hércle ueniam tértio. heus heus, écquis hic?
Ego súm Chremes. Py. O cápitulum lepidíssumum.
Ch. Dico égo mi insidias fíeri? Py. Thaïs máxumo
Te orábat opere, ut crás redires. Ch. Rús eo.
Py. Fac amábo. Ch. Non possum, ínquam. Py. At tu apud nos híc mane,
Dum rédeat ipsa. Ch. Níl minus. Py. Quor, mí Chremes?
Ch. Malám rem hinc ibis? Py. Si ístuc ita certúmst tibi,
Amábo ut illuc tránseas ubi illást. Ch. Eo.
Py. Abi, Dórias, cito húnc deduce ad mílitem.

ANTIPHO.

ɜri áliquot adulescéntuli coïmus in Piraéo, III 4
húnc diem ut de súmbolis essémus. Chaeream ei rei
:aefécimus: dati ánuli: locus, témpus constitútumst.
raetériit tempus: quo ín loco dictúmst, parati níl est.
omo ípse nusquamst: néque scio quid dícam aut quid coniéctem.
unc mi hóc negoti céteri dedére, ut illum quaéram,
lque ádeo uisam, sí domist. quis nam hínc ab Thaïde éxit?
: ést an non est? ípsus est. quid hoc hóminis? quid hoc ornátist?
uid illúd malist? nequeó satis mirári neque conícere:
isi, quídquid est, procul hínc lubet prius quíd sit sciscitári.

CHAEREA. ANTIPHO.

úmquis hic est? némost. numquis hínc me sequitur? némo homost. III 5
ımne rumpere hóc licet mi gaúdium? pro Iúppiter,
unc ést profecto, intérfici quom pérpeti me póssum,
e hoc gaúdium contáminet uita aégritudine áliqua.
ed néminemne cúriosum intéruenire núnc mihi,
ui mé sequatur quóquo eam, rogitándo obtundat, énicet,

Quid géstiam aut quid laétus sim, quo pérgam, u emergam, úbi siem
Vestítum hunc nanctus, quíd mihi quaeram, sá sim anne insániam!
AN. Adíbo atque ab eo grátiam hanc, quam uídeo ue inibo.
Chaérea, quid est quód sic gestis? quíd sibi uestítus quaerit?
Quid ést quod laetus *és*? quid tibi uis? sátine nu's? quíd me
Aspéctas? quid tacés? CH. O festus díes! ami sálue:
Nemóst, quem ego nunciám magis cuperém uid quám te.
AN. Narra ístuc quaeso quíd siet. CH. Immo égo *oro* hercle ut aúdias.
Nostín hanc, quam amat fráter? AN. Noui; némp opinor, Tháïdem.
CH. Istam ípsam. AN. Sic commémineram. CH. Hod quaédamst ei donó data
Virgó: quid ego eius tíbi nunc faciem praédic aut laudem, Ántipho,
Quom ipsús me noris quam élegans formárum spe tatór siem?
In hác commotus sum. AN. Aín tu? CH. Prim díces, scio, si uíderis.
Quid múlta uerba? amáre coepi. fórte fortu domi
Erat quídam eunuchus, quém mercatus fúerat fr ter Tháïdi,
Neque ís deductus étiam tum ad eam. súbmon me Pármeno

Ibi séruos, quod ego arrípui. An. Quid id est? Ch. Tácitus citius aúdies:
Vt uéstem cum eo mútem et pro illo iúbeam me illoc dúcier.
Pro eunúchon? Ch. Sic est. An. Quíd ex ea re tándem ut caperes cómmodi?
Rogás? uiderem, audírem, essem una quácum cupiebam, Ántipho.
Num párua causa aut práua ratiost? tráditus sum múlieri.
Illa ílico ubi me accépit, laeta uéro ad se abducít domum:
Comméndat uirginém. An. Quoi? tibine? Ch. Míhi. An. Satis tutó tamen.
Edícit ne uir quísquam ad eam adeat, ét mihi ne abscedam ínperat:
In ínteriore párte ut maneam sólus cum sola. ádnuo
Terram íntuens modéste. An. Miser. Ch. 'Ego' ínquit 'ad cenam hínc eo':
Abdúcit secum ancíllas: paucae, quaé circum illam esséntt, manent
Nouíciae puéllae. continuo haéc adornant út lauet.
Adhórtor properent. dum ádparatur, uírgo in conclauí sedet
Suspéctans tabulam quándam pictam; ibi ínerat pictura haéc, Iouem
Quo pácto Danaae mísisse aiunt quóndam in gremium imbrem aúreum.
Egomét quoque id spectáre coepi: et quía consimilem lúserat
Iam olim ílle ludum, inpéndio magis ánimus gaudebát mihi,

Deum sése in hominem cónuortisse atque ín
nas tégulas
Venísse clanculúm per pluuium fúcum factum
lieri.
At quém deum! qui témpla caeli súmma sonitu
cutit.
Ego homúncio hoc non fácerem? ego illud
item feci ác lubens.
Dum haec mécum reputo, arcéssitur lauátum
terea uírgo:
Iit, láuit, rediit; deínde eam in léctulo locár
Sto expéctans, siquid mi ínperent. uenit
'heus tu' inquit 'Dóre,
Cape hóc flabellum, uéntulum huic sic fácito,
lauámur:
Vbi nós lauerimus, sí uoles, lauáto'. accipio trí
AN. Tum equidem ístuc os tuom ínpudens uidére
mium uéllem,
Qui essét status, flabéll*ul*um tenére te asinum
tum.
CH. Vix élocutast hóc, foras simul ómnes proruónt
Abeúnt lauatum, pérstrepunt, ita út fit, domini
ábsunt.
Intérea somnus uírginem opprimít. ego limis sp
Sic pér flabellum clánculum: simul ália circ
spécto
Satin éxplorata sínt. uideo esse. péssulum
óbdo.
AN. Quid túm? CH. Quid 'quid tum' fátue? AN. Fa
CH. Án ego occasiónem
Mi osténtam, tantam, tám breuem, tam optá
tam insperátam

Amítterem? tum pól ego is essem uéro, qui simulábar.
Sane hèrcle ut dicis. séd interim de súmbolis quid áctumst?
Parátumst. An. Frugi es: úbi? domin? Ch. Immo ápud libertum Díscum.
Perlóngest. Ch. Sed tanto ócius properémus. An. Muta uéstem.
Vbi mútem? perii: nám domo exuló nunc: metuo frátrem
Ne intús sit: porro autém pater ne rure redierít iam.
Eámus ad me, ibi próxumumst ubi mútes. Ch. Recte dícis.
Eámus: et de istác simul, quo pácto porro póssim
Potíri consílium uolo capere úna tecum. An. Fíat.

# ACTVS IIII.

## Dorias.

IV 1 Ita me di ament, quántum ego illum uídi, non … tímeo misera,
Néquam ille hodie insánus turbam fáciat aut … Tháïdi.
Nam póstquam iste aduenít Chremes adulésc… frater uírginis,
Mílitem rogat út illum admitti iúbeat: ille contin… irasci,
Néque negare audére: Thaïs pórro instare ut h… minem inuitet.
Id faciebat rétinendi illius caúsa: quia illa q… cupiebat
Dé sorore eius índicare ad eám rem tempus n… erat.
Inuítat tristis: mánsit. ibi illa cum íllo sermone… ílico.
Míles uero síbi putare addúctum ante oculos a… mulum,
Fácere contra huic aégre: 'heus' inquit 'púer, ar… cesse Pámphilam,
Vt delectet híc nos.' illa exclámat 'minume gé… tium:
In conuiuium íllam?' miles téndere, inde ad iúrgium.

·rea aurum sibi clam mulier démit, dat mi ut aúferam.
: est signi: ubi prímum poterit, se fllinc subducét scio.

PHAEDRIA. (DORIAS.)

n rús eo, coepi égomet mecum intér uias, IV 2
út fit, ubi quid ín animost moléstiae,
ám rem ex alia cógitare, et ea ómnia
ıórem in partem. quíd opust uerbis? dum haéc puto,
ıetérii inprudens uíllam. longe iam ábieram,
om sénsi: redeo rúrsum, male ueró me habens:
i ad ípsum ueni déuorticulum, cónstiti:
cépi mecum cógitare 'hem, bíduom hic
.néndumst soli síne illa? quid tum póstea?
ést. quid? nil? si nón tangendi cópiast,
o né uidendi quídem erit? si illud nón licet,
tem hóc licebit. cérte extrema línea
ıáre haud nil est.' uíllam praetereó sciens.
l quíd hoc, quod timida súbito egreditur Pýthias?

PYTHIAS. PHAEDRIA. DORIAS.

. ego illum scelerósum misera atque ínpium inueniam? aút ubi quaeram? IV 3
:ine tam audax fácinus facere esse aúsum! PH. Perii: hoc quíd sit uereor.
'n etiam insupér scelus, postquam lúdificatust uírginem,
ıtem ómnem miserae díscidit, tum ipsám capillo cónscidit.
n. PY. Quí nunc si detúr mihi,

Vt ego únguibus facile ílli in oculos ínuolem
fico!
PH. Néscio quid profécto absente nóbis turbatúmst
Adíbo. quid istuc? quíd festinas? aút quem
ris, Pýthias?
PY. Ehem Phaédria, ego quem quaéram? in' hinc
dígnu's cum donís tuis
Tam lépidis? PH. Quid istuc ést reï?
PY. Rogás me? eunuchum quém dedisti nóbis quas
bás dedit!
Vírginem, erae quam dóno dederat míles, uit
PH. Quid aïs?
PY. Périi. PH. Temulénta's. PY. Vtinam síc sint
mihi mále uolunt.
DO. Au óbsecro, mea Pýthias, quod ístuc nam
strúm fuit?
PH. Insánis: qui istuc fácere eunuchus pótuit? PY.
illum néscio
Qui fúerit: hoc quod fécit, res ipsa índicat.
Virgo ípsa lacrumat néque, quom rogites, quíd
audet dícere.
Ille aútem bonus uir núsquam adparet. étiam
misera súspicor,
Aliquíd domo abeuntem ábstulisse. PH. Néqueo
rarí satis,
Quo illíc abire ignáuos possit lóngius, nisi sí dom
Forte ád nos rediit. PY. Víse amabo, núm sit.
Iam faxó scies.
DO. Perii, óbsecro, tam infándum facinus, méa tu,
audiuí quidem.
PY. At pól ego amatorés eos mulierum ésse audien
máxumos,

nīl potesse: uérum miserae nón in mentem uénerat:
illum áliquo conclusíssem neque illi cómmisissem uírginem.

EDRIA. DORVS. PYTHIAS. DORIAS.

'oras, sceléste: at etiam réstitas, IV 4
íue? prodi, mále conciliate. Do(RVS). Óbsecro. PH. Oh,
uide, os ut síbi distorsit cárnufex.
huc tíbi reditiost? uéstis quid mutátiost?
nárras? paulum sí cessassem, Pýthias,
nóu offendissem, íta iam adornarát fugam.
n hóminem, amabo? PH. Quíd ni habeam? PY. Factúm bene.
Istúc pol uero béne. PY. Vbist? PH. Rogitas? nón uides?
ım? óbsecro quem? PH. Hunc scílicet. PY. Quis hic ést homo?
d uós deductus hódiest. PY. Hunc oculís suis
árum numquam quísquam uidit, Phaédria.
uídit? PY. An tu hunc crédidisti esse, óbsecro,
ós deductum? PH. Námque alium habui néminem. PY. Au,
ɔmparandus híc quidem ad illumst: ílle erat
sta facie et líberali. PH. Ita uísus est
m, quia uaria uéste exornatús fuit:
tíbi uidetur foéd·ıs, quia illám nón habet.
óbsecro: quasi uéro paulum intér siet.
ós deductus hódiest adulescéntulus,
ı tú uidere uéro uelles, Phaédria.

Hic ést uietus uétus ueternosús senex,
Colóre mustelíno. Ph. Hem, quae haec est fá
Eo rédiges me, ut quid égerim egomet nésciam?
Eho tu, émin ego te? Do. Emísti. Py. Iube mi d
Respóndeat. Ph. Roga. Py. Vénisti hodie ad negat.
At ille álter uenit ánnos natus sédecim:
Quem sécum adduxit Pármeno. Ph. Age dum mi éxpedi
Primum: ístam quam habes únde habes uest taces?
Monstrum hóminis, non dictúru's? Do. V Chaérea.
Ph. Fratérne? Do. Ita. Ph. Quando? Do. Hódie. Quam dudúm? Do. Modo.
Ph. Quicúm? Do. Cum Parmenóne. Ph. Norasne prius?
Do. Non: néc quis esset úmquam audieram dícier.
Ph. Vnde ígitur fratrem méum esse scibas? Do. P meno
Dicébat eum esse. is míhi dedit hanc. Ph. Óc
Do. Meam ipse índuit: post úna ambo abierúnt fo
Py. Iám satis credis sóbriam esse me ét nil menti tibi?
Iám satis certumst uírginem uitiátam esse? Ph. A nunc, bélua,
Crédis huic quod dícat? Py. Quid isti crédi res ipsa índicat.
Ph. Cóncede istuc paúlulum: audin? étiam paululú sat est.
Díc dum hoc rursum, Chaérea tuam uéstem detr xít tibi?

;um. Ph. Et eamst indútus? Do. Factum. Ph. Et pró te huc deductúst? Do. Ita
›iter magne, ó scelestum atque aúdacem hominem. Py. Vaé mihi:
m non credás indignis nós esse inrisás modis?
um ni credís quod íste dícat. quid agam néscio.
.s negato rúrsum. possumne égo hodie ex te excúlpere
um? uidistíne fratrem Chaéream? Do. Non. Ph. Nón potest
: malo fatéri, uideo: séquere hac: modo aït módo negat.
me. Do. Obsecró te uero, Phaédria. Ph. I intro núnciam.
:. Ph. Alio pácto honeste hinc quó modo abeam néscio.
amst, siquidem tú me hic etiam, nébulo, ludificábere.
nenonis tám scio esse hanc téchinam quam me uíuere.
est. Py. Inueniam édepol hodie, párem ubi referam grátiam.
nunc quid faciéndum censes, Dórias? Dor. De istác rogas
;ine? Py. Ita, utrum praédicemne an táceam? Dor. Tu pol, sí sapis,
d scis nescis, néque de eunucho néque de uitio uírginis.
re et te omni túrba euolues ét illi gratum féceris.
ıodo dic, abísse Dorum. Py. Ita fáciam. Dor. Sed uideón Chremem?

Tháis iam aderit. Py. Quíd ita? Dor. Quia, quom
ábeo, iam tum incéperat
Túrba inter eos. Py. Aúfer aurum hoc: égo s
ex hoc, quíd siet.

CHREMES. PYTHIAS.

IV 5 Ch. Attát data hercle uérba mihi sunt: uícit ui
quód bibi.
Ac dum ádcubabam, quám uidebar míhi pulchre e
sóbrius!
Postquám surrexi, néque pes neque mens sátis su
officiúm facit.
Py. Chremés. Ch. Quis est? ehem Pýthias: uah, quá
nunc formósior
Vidére mihi quam dúdum! Py. Certo tú quid
pol multo hílarior.
Ch. Verbum hércle hoc uerum crít 'sine Cerere et L
bero frigét Venus'.
Sed Tháïs multon ánte uenit? Py. Án abiit i
a mílite?
Ch. Iam dúdum, aetatem. lítes factae súnt inter e
máxumae.
Py. Nil díxit, tu ut sequerére sese? Ch. Níl, n
abiens mi ínnuit.
Py. Eho, nónne id sat erat? Ch. Át nescibam id d
cere illam, nísi quia
Corréxit miles, quód intellexi mínus: nam me e
trusít foras.
Sed eccam ípsam: miror úbi ego huic anteuórteri

THAIS. CHREMES. PYTHIAS.

IV 6 Th. Crédo equidem illum iam ádfuturum esse, út illa
a me eripiát; sine ueniat:

illam digito úno attigerit, óculi *illi* ilico éc-fodientur.
adeo illius férre possum inéptiam et magnífica uerba,
dum sint: uérum enim si ad rem cónferentur, uápulabit.
, ego iam dúdum hic adsum. Th. O mí Chremes, te ipsum éxpectabam.
ı turbam hanc própter te esse fáctam? et adeo ad te áttinere hanc
n rem? Ch. Ad me? quí quaeso istuc? Th. Quía, dum tibi sorórem studeo
re ac restítuere, haec atque huíus modi sum múlta passa.
.st? Th. Domi apud me. Ch. Hém. Th. Quid est?
ı ita uti téque illaque dígnumst. Ch. Quid aïs? Th. Íd quod res est.
tibi dono dó neque repeto pro ílla quicquam abs té preti.
ıbétur et referétur, Thaïs, tíbi ita ut merita's grátia.
im caue, ne príus quam hanc a me accípias amittás, Chremes:
ıaéc east, quam míles a me uí nunc ereptúm uenit.
i, cistellam, Pýthias, domo écfer cum monuméntis.
tu íllum, Thaïs Py. Ýbi sitast? Th. In rísco: odiosa céssas.
m secum ád te quantas cópias addúcere?
Th. Num formídulosus óbsecro es, mi homo? Ch. Ápage sis:

Égon formidulósus? nemost hóminum qui uiuát m
TH. Átque ita opust. CH. Ah, métuo qualem tú esse hominem exístumes.
TH. Ímmo hoc cogitáto: quicum rés tibist, peregrínus
Mínus potens quam tú, minus notus, mínus am rum híc habens.
CH. Scío istuc. sed tu quód cauere póssis, stultum míttereſt.
Málo ego nos prospícere quam hunc ulcísci acc iniúria.
Tú abi atque obsera óstium intus, dúm ego transcurro ád forum:
Vólo ego adesse hic áduocatos nóbis in turba TH. Mane.
CH. Mélius est. TH. Mane. CH. Omítte, iam adero. Níl opus est istís, Chremes.
Hóc modo dic, sorórem esse illam tuam ét te uam uírginem
Ámisisse, núnc cognosse. sígna ostende. PY. A súnt. TH. Cape.
Sí uim faciet, ín ius ducito hóminem: intellexti CH. Probe.
TH. Fác animo haec praeséntí dicas. CH. Fáciam. T Attolle pállium.
Périi, huic ipsist ópus patrono, quém defenso paro.

THRASO. GNATHO. SANGA. CHREMES. THAIS.

IV 7 THR. Hancíne ego ut contuméliam tam insígnem in accipiám, Gnatho?
Morí me satiust. Símalio, Donáx, Syrisce, séquimi

Primum aédis expugnábo. Gn. Recte. Thr. Vírginem eripiám. Gn. Probe.
. Male múlcabo ipsam. Gn. Púlchre. Thr. In medium huc ágmen cum uectí. Donax;
Tu, Símalio, in siníntrum cornum; tú, Syrisce, in déxterum.
Cedo álios: ubi centúriost Sanga et mánipulus furum? Sa. Éccum adest.
. Quid ignáue? peniculón pugnare, qui ístum huc portes cógitas?
Egone? ínperatorís uirtutem noueram et uim mílitum:
Sine sánguine hoc non pósse fieri: qui ábstergerem uólnera?
. Vbi álii? Sa. Qui malum 'álii'? solus Sánnio seruát domi.
. Tu hosce ínstrue: ego ero póst principia: inde ómnibus signúm dabo.
. Illúc est sapere: ut hósce instruxit, ípsus sibi cauít loco.
. Idem hóc iam Pyrrus fáctitauit. Ch. Víden tu, Thaïs, quam híc rem agit?
Ni mírum, consilium íllud rectumst de óccludendis aédibus.
Sané quod tibi nunc uír uideatur ésse hic, nebulo mágnus est:
Ne métuas. Thr. Quid uidétur? Gn. Fundam tíbi nunc nimis uellém dari,
Vt tu íllos procul hinc éx occulto caéderes: facerént fugam.
. Séd eccam Thaïdem ípsam uideo. Gn. Quám mox inruimús? Thr. Mane:

Ómnia prius éxperiri quam ármis sapientém de
Quí scis an quae iúbeam sine ui fáciat? Gn. uostrám fidem,
Quántist sapere! númquam accedo, quín abs te eam doctior.
Thr. Tháïs, primum hoc míhi responde: quóm tibi istam uírginem,
Díxtin hos mihí dies soli dáre te? Th. Quid t póstea?
Thr. Rógitas? quae mi ante óculos coram amátorem duxtí tuom
Th. Quíd cum illoc agás? Thr. et cum eo clám te duxtí mihi?
Th. Lúbuit. Thr. Pamphilam érgo huc redde, nísi mauis ui éripi.
Ch. Tíbi illam reddat aút tu eam tangas, ómnium. Gn. Ah quid agís? tace.
Thr. Quíd tu tibi uis? égo non tangam meám? Ch. Tu autem, fúrcifer?
Gn. Cáue sis: nescis quoí male dicas núnc uiro. C Non tu hínc abis?
Scín tu ut tibi res se hábeat? si quicquam hó hic turbae coéperis,
E. Phaédria tibi adést. An. Vbi nam? Ge. Eccum ab suá palaestra exít foras.

Phaedria. Dorio. Antipho. Geta.

III 2

H. Dório,
Audi óbsecro. Do. Non aúdio. Ph. Parúmper. Do. Quin omítte me.
H. Aúdi quod dicam. Do. Át enim taedet iam aúdire eadem míliens.
H. Át nunc dicam quód lubenter aúdias. Do. Loquere, aúdio.
H. Néqueo te exoráre ut maneas tríduom hoc? quo núnc abis?
o. Mirábar si tu míhi quicquam adferrés noui. An. Ei,

Metuó lenonem néquid.. Ge. Suo suát capiti? i ego uéreor.
Ph. Non dúm mihi credis? Do. Háriolare. Ph. Sín fi do? Do. Fábulae.
Ph. Faéneratum istúc beneficium púlchre tibi dicés. Logi.
Ph. Créde mihi, gaudébis facto: uérum hercle hoc Do. Sómnia.
Ph. Éxperire: nón est longum. Do. Cántilenam can canis.
Ph. Tú cognatus, tú parens, tu amícus, tu.. Do. G modo.
Ph. Ádeon ingenio ésse duro te átque inexorábili,
Vt neque misericórdia neque précibus molliri qu
Do. Ádeon te esse incógitantem atque ínpudentem, Pl dria,
Vt phaleratis díctis ducas me ét meam ductes tiis!
An. Míseritumst. Ph. Ei, uéris uincor. Ge. Quám u quest similís sui.
Ph. Neque, Ántipho alia quom óccupatus ésset sollic dine,
Tum hoc ésse mi obiectúm malum! An. Ah, ístuc autemst, Phaédria?
Ph. O fortunatíssume Antipho. An. Égone? Ph. quod amás domist:
Néc cum huius modi umquam úsus uenit út confli rés malo.
An. Míhin domist? immo, íd quod aiunt, aúribus te lupum.
[Nam neque quo pacto a me amittam neque uti neam scio.]

n istuc mi in hóc est. An. Heia, né parum lenó sies.
quid hic confécit? Ph. Hicine? quód homo inhumaníssumus:
philam meam uéndidit. Ge. Quid? uéndidit? An. Ain? uéndidit?
didit. Do. Quam indígnum facinus, áncillam aere emptám meo!
neo exorare út me maneat ét cum illo ut mutét fidem
.uom hoc, dum id quód est promissum ab amícis argentum aúfero:
on tum dedero, únam praeterea hóram ne oppertús sies.
indes? An. Haud lóngumst id quod órat: exorét sine:
ı hic tibi, quod bóni promeritus fúeris, conduplicáuerit.
ba istaec sunt. An. Pámphilamne hac úrbe priuarí sines?
ı praeterea horúnc amorem dístrahi poterín pati?
ue ego neque tu. Ge. Dí tibi omnes íd quod es dignús duint.
te complurís aduorsum ingénium meum mensís tuli,
icitantem et níl ferentem, fléntem: nunc contra ómnia haec
peri qui dét neque lacrumet: dá locum melióribus.
e hercle, ego si sátis commemini, tíbi quidemst olím dies,

Quam ád dares huic, praéstituta. Ph. Fáctum. Num ego istúc nego?
An. Iam éa praeteriit? Do. Nón, uerum haec eī ánte sit. An. Nón pudet
Vánitatis? Do. Mínume, dum ob rem. Ge. Stérc num. Ph. Dório,
Ítane tandem fácere oportet? Do. Síc sum: si pl útere.
An. Síc hunc decipi! Do. Ímmo enim uero, Ántipho, me décipit:
Nam híc me huius modi scíbat esse: ego húnc aliter crédidi;
Íste me feféllit: ego isti níllo sum aliter ác fui.
Séd ut ut haec sunt, támen hoc faciam: crás argentúm mihi
Míles dare se díxit: si mihi príor tu attuleris, Phaéd
Meá lege utar, út sit potior, quí prior ad dandú uale.
III 3 Ph. Quíd faciam? unde ego núnc tam subito huic árg tum inueniám miser,
Quoí minus nilo est, quód, hic si pote fuísset exo rier
Tríduom hoc, promíssum fuerat? An. Ítane hunc tiemúr, Geta,
Fíeri miserum, quí me dudum, u díxti, adiuerit miter?
Quín, quom opus est, benefícium rursum eī éxpe mur réddere?
Ge. Scío equidem hoc esse aéquom. An. Age ergo, só seruare húnc pot
Ge. Quíd faciam? An. Inueniás argentum. Ge. Cúpio: id unde, édoce.

Páter adest hic. Ge. Scío: sed quid tum? An. Ah, díctum sapientí sat est.
Ítane? An. Ita. Ge. Sane hércle pulchre suádes: etiam tu hínc abis?
Nón triumpho, ex núptiis tuis sí nil nanciscór mali,
Ni étiam nunc me huius caúsa quaerere ín malo iubeás crucem?
Vérum hic dicit. Ph. Quíd? ego uobis, Géta, alienus sum? Ge. Haúd puto:
Séd parumne est, quod ómnibus nunc nóbis suscensét senex,
Ni ínstigemus étiam, ut nullus lócus relinquatúr preci?
Álius ab oculís meis illam in ígnotum abducét locum? hem:
Tum ígitur, dum licét dumque adsum, lóquimini mecum, Ántipho,
Cóntemplaminí me. An. Quam obrem? aut quíd nam facturú's, cedo?
Quóquo hinc asportábitur terrárum, certumst pérsequi
Aút perire. Ge. Dí bene uortant quód agas: pedetemptím tamen.
Víde siquid opis pótes adferre huic. Ge. 'Síquid'? quid? An. Quaere óbsecro:
Néquid plus minúsue faxit, quód nos post pigeát, Geta.
Quaéro. An. Saluos ést, ut opinor. Ge. Vérum enim metuó malum.
Nóli metuere: úna tecum bóna mala tolerábimus.
Quántum opus est tibi argénti, loquere. Ph. Sólae trigintá minae.
Trígínta? hui, percárast, Phaedria. Ph. Ístaec uero uílis est.

Ge. Áge age, inuentas réddam. Ph. O lepidum. Ge. te hinc. Ph. Iam opust. Ge. Iám :
Séd opus est mihi Phórmionem ad hánc rem torém dari.
An. Praéstost: audacíssume oneris quíd uis inpone feret:
Sólus est homo amíco amicus. Ge. Eámus er eum ócius.
An. Númquid est quod operá mea uobis ópus sit! Nil: uerum ábi domum
Ét illam miseram, quam égo nunc intus scío exanimatám metu,
Cónsolare. céssas? An. Nil est aéque quod f lubens.
Ph. Quá uia istuc fácies? Ge. Dicam in ítinere: modo te ámoue.

# ACTVS IIII.

DEMIPHO. CHREMES.

.? quá profectus caúsa hinc es Lemnúm, Chremes, IV 1
úxtin tecum fíliam? CH. Non. DE. Quíd ita non?
quám uidet me eius máter esse hic diútius,
ıl aútem non manébat aetas uírginis
m néglegentiam: ípsam cum omni fámilia
né profectam esse aíbant. DE. Quid illic tám diu
ɘso ígitur commorábare, ubi id audíueras?
mé detinuit mórbus. DE. Vnde? aut quí? CH.
Rogas?
éctus ipsast mórbus. sed uenísse eas
ás audiui ex naúta qui illas uéxerat.
l gnáto obtigerit me ábsente, audistín, Chremes?
d quídem me factum cónsili incertúm facit.
ı hanc cóndicionem síquoi tulero extrário,
pácto aut unde míhi sit dicundum órdinest.
níhi fidelem esse aéque atque egomet súm mihi
am: ílle si me aliénus adfiném uolet,
ébit, dum intercédet familiáritas:
spréuerit me, plús quam opus est scitó sciet,
ɘórque ne uxor áliqua hoc resciscát mea:
d sí fit, ut me excútiam atque egrediár domo,
ʻstat: nam ego meórum solus súm meus.
ita ésse: et istaec míhi res sollicitúdinist:
ıe défetiscar úsque adeo experírier,
ʻc tibi quod pollícitus sum id effécero.

GETA. (DEMIPHO. CHREMES.)

IV 2 Ego hóminem callidiórem uidi néminem
Quam Phórmionem. uénio ad hominem, ut dícer
Argéntum opus esse et íd quo pacto fíeret.
Vix dúm dimidium díxeram, intelléxerat:
Gaudébat: me laudábat: quaerebát senem.
Dis grátias agébat, tempus síbi dari,
Vbi Phaédriae *esse* osténderet niló minus
Amícum sese quam Ántiphoni. hominem íd for
Iussi ópperiri: eo me ésse adducturúm senem.
Sed eccum ípsum. quis est ultérior? attat P driae
Pater uénit. sed quid pértimui autem bélua?
An quía quos fallam pro úno duo sunt míhi dati
Commódius esse opínor duplici spe útier.
Petam hínc unde a primo ínstitui: is si dát, sat e
Si ab eó nil fiet, tum húnc adoriar hóspitem.

ANTIPHO. GETA. CHREMES. DEMIPHO.

IV 3 AN. Expécto quam mox récipiat sesé Geta.
Sed pátruom uideo cúm patre astantem. eí mihi,
Quam tímeo, aduentus húius quo inpellát patre
GE. Adíbo: o salue, nóster Chremes. CH. Salué, Ge
GE. Veníre saluom uólup est. CH. Credo. GE. Quíd tur?
CH. Multa áduenienti, ut fít, noua hic complúria.
GE. Ita. de Ántiphone audístin quae facta? CH. Ómn
GE. Tun díxeras huic? fácinus indignúm, Chremes,
Sic círcumiri! DE. Id cum hóc agebam cómmodu
GE. Nam hercle égo quoque id quidem ágitans me sédulo
Inuéni, opinor, rémedium huic rei. CH. Quíd, G

od rémedium? Ge. Vt abii ábs te, fit forte óbuiam
hi Phórmio. Ch. Qui Phórmio? Ge. Is qui istám.
Ch. Scio.
ıúmst mi, ut eius témptarem senténtiam.
ꞔndo hóminem solum: 'quór non' inquam 'Phórmio,
lés, inter nos síc haec potius cúm bona
cómponamus grátia quam cúm mala?
us líberalis ést et fugitans lítium:
m céteri quidem hércle amici omnés modo
o óre auctores fuére, ut praecipitem hánc daret.'
id hic coéptat aut quo euádet hodie? Ge. 'an légibus
túrum poenas díces, si illam eiécerit?
a id éxploratumst: héia, sudabís satis,
cum íllo inceptas hómine: ea eloquéntiast.
rúm pono esse uíctum eum: at tandém tamen
n cápitis ei res ágitur, sed pecúniae.'
stquam hóminem his uerbis séntio mollírier,
lí sumus nunc hic' ínquam: 'eho, dic quid uís dari
bi ín manum, ut erus hís desistat lítibus,
ec hínc facessat, tú molestus né sies?'
tin ílli di sunt própitii? Ge. 'nam sát scio,
tu áliquam partem aequí bonique díxeris,
est ílle bonus uir, tría non commutábitis
rba hódie inter uos.' De. Quís te istaec iussít loqui?
mó non potuit mélius peruenírier
quó nos uolumus. An. Óccidi. De. Perge éloqui.
prímo homo insanібat. Ch. Cedo quid póstulat?
id? nímium quantum. Ch. *Quántum?* dic. Ge. Si quís daret

Taléntum magnum. De. Immó malum hercle: ut nil
pudet!
Ge. Quod dixi ei adeo: 'quaéso, quid si filiam
Suam únicam locáret? parui ré tulit
Non suscepisse: inuéntast quae dotém petat.'
Vt ad paúca redeam ac mittam illius inéptias,
Haec dénique eius fuit postrema orátio:
'Ego' inquit 'a principio amici filiam,
Ita ut aéquom fuerat, uólui uxorem dúcere.
Nam mihi uenibat in mentem eius incómmodum,
In séruitutem paúperem ad ditém dari.
Sed mi ópus erat, ut apérte tibi nunc fábuler,
Aliquántulum quae adférret, qui dissóluerem
Quae débeo: et etiám nunc, si uolt Démipho
Dare quántum ab hac accípio, quae sponsást mihi,
Nullám mihi malim quam ístanc uxorém dari.'
An. Vtrúm stultitia fácere ego hunc an málitia
Dicám, scientem an ínprudentem, incértus sum.
De. Quid si ánimam debet? Ge. 'Áger oppositust pígnori
Decem ób minas' inquit. De. Áge age, iam ducát: dabo.
Ge. 'Aedículae item sunt ób decem alias.' De. Óiei,
Nimiúmst. Ch. Ne clama: *ré*petito hasce a mé decem.
Ge. 'Vxóri emunda ancíllulast: tum plúscula
Supelléctile opus est: ópus est sumptu ad núptias:
His rébus' inquit 'póne sane décem minas.'
De. Sescéntas proinde scríbito iam míhi dicas:
Nil do: ínpuratus me ílle ut etiam inrídeat?
Ch. Quaeso, égo dabo, quiésce: tu modo filius
Fac ut íllam ducat, nós quam uolumus. An. Eí mihi,
Geta, óccidisti mé tuis falláciis.
Ch. Mea caúsa eïcitur: mé hoc est aequom amíttere.
Ge. 'Quantúm potest me cértiorem' inquít 'face,

llám dant, hanc ut míttam: ne incertús siem:
a illí mihi dotem iám constituerúnt dare.'
accípiat: illis répudium renúntiet:
ıc dúcat. De. Quae quidem ílli res uortát male.
ıórtune adeo argéntum nunc mecum áttuli,
ıctúm quem Lemni uxóris reddunt praédia:
e súmam: uxori tíbi opus esse díxero.
ta. Ge. Hém. An. Quid egisti? Ge. Émunxi ar- gentó senes. IV 4
in ést id? Ge. Nescio hércle, tantum iússus sum.
ɔ, uérbero, aliud míhi respondes ác rogo?
d érgo narras? An. Quíd ego narrem? operá tua
réstim res redit míhi quidem planíssume.
té quidem di deaeque ómnes superi *atque* ínferi
lís exemplis pérdant! em, siquíd uelis,
ic mándes, qui te ad scópulum e tranquillo aúferat.
id mínus utibile fuít quam hoc ulcus tángere
t nóminare uxórem? iniectast spés patri
ıse íllam extrudi. cédo nunc porro, Phórmio
tém si accipiet, úxor ducendást domum,
id fíet? Ge. Non enim dúcet. An. Noui. céterum
om argéntum repetent, nóstra causa scílicet
uéruom potius íbit? Ge. Nil est, Ántipho,
in mále narrando póssit deprauárier.
id quód bonist excérpis, dicis quód malist.
dí nunc contra: iám si argentum accéperit,
céndast uxor, út aïs: concedó tibi:
ıtiúm quidem tandem ádparandis núptiis,
cándi, sacruficándi dabitur paúlulum.
érea amici quód polliciti súnt dabunt:
e íste reddet. An. Quam óbrem? aut quid dicét? Ge. Rogas?

'Quot res postilla monstra euenerúnt mihi!
Intro iit in aedis áter alienus canis:
Anguis in inpluuium décidit de tégulis:
Gallina cecinit: interdixit háriolus:
Aruspex uetuit: ante brumam autém noui
Negóti incipere * * * * *
* * * quae caussast iustíssuma.'
Haec fient. An. Vt modo fiant! Ge. Fient: mé u
Pater éxit: abi, dic ésse argentum Phaédriae.

DEMIPHO. GETA. CHREMES.

V 5 De. Quiétus esto, inquam: égo curabo néquid uerbo duit.
Hoc témere numquam amíttam ego a me, quín testis ádhibeam:
Quoi dem ét quam obrem dem, cómmemorabo. Ge. cautus est, ubi níl opust.
Ch. Atque íta opus factost: ét matura, dúm lubido ea haéc manet:
Nam si áltera illaec mágis instabit, fórsitan nos ciat.
Ge. Rem ipsám putasti. De. Dúc me ad eum ergo. Ge. moror. Ch. Vbi hoc égeris,
Transíto ad uxorém meam, ut conuéniat hanc quam hínc abit.
Dicát eam dare nos Phórmioni núptum, ne sus seat:
Et mágis esse illum idóneum, qui ipsí sit familiár
Nos nóstro officio nón digressos ésse: quantu uóluerit
Datum ésse dotis. De. Quíd tua malum id ré Ch. Magni, Démipho.

átis est tuom te officium fecisse, id si non fama ádprobat:
ipsíus [quoque] haec uoluntáte fieri, né se eiectam praédicet.
égo istuc facere póssum. Ch. Mulier múlieri magis cónuenit.
›o. Ch. Vbi illas núnc ego reperíre possim, cógito.

SOPHRONA. CHREMES.

agam? quem mi amícum inueniam mísera? aut quo consília haec referam?
nde auxiliúm petam?
uereor, era ne ób meum suasum indígna iniuria ádficiatur:
atrem adulescéntis facta haec tólerare audió uiolenter.
quae haec anus est, éxanimata a frátre quae egressást meo?
ut fácerem egestas me ínpulit, quom scírem infirmas núptias
› ésse, ut id consúlerem, interea uíta ut in tutó foret.
edepol, nisi me ánimus fallit aút parum prospíciunt oculi,
nutricem gnátae uideo. So. Néque ille inuestigátur, Ch. Quid ago?
rt eius pater. Ch. Ádeo, maneo, dum haéc quae loquitur mágis cognosco?
si eum nunc reperíre possim, níl est quod uereár. Ch. East ipsa:
quar. So. Quis hic lóquitur? Ch. Sophrona. So. ét meum nomen nóminat?

CH. Réspice ad me. SO. Di óbsecro uos, éstne hic S CH. Nón. SO. Negas?
CH. Cóncede hinc a fóribus paulum istórsum sode phrona.
Ne me ístoc posthac nómine appellássis. SO. non óbsecro es
Quem sémper te esse díctitasti? CH. St'. So has metuís foris?
CH. Conclúsam hic habeo uxórem saeuam. uérum me nómine
Eo pérperam olim díxi, ne uos fórte inpru foris
Effútiretis átque id porro aliqua úxor mea rescí
SO. Istóc pol nos te hic ínuenire míserae numqua tuimus.
CH. Eho díc mihi, quid reí tibist cum fámilia ha éxis?
Vbi illaé sunt? SO. Miseram me. CH. Hém, qui uiuóntne? SO. Viuit gnát
Matrem ípsam ex aegritúdine hac miserám mo secútast.
CH. Male fáctum. SO. Ego autem, quae éssem an sérta egens ignóta,
Vt pótui nuptum uírginem locáui huic adulesc
Harúm qui est dominus aédium. CH. Antiph SO. Em, istic ípsi.
CH. Quid? duásne is uxorés habet? SO. Au, úna quidem hanc sólam.
CH. Quid illam álteram quae dícitur cognáta? SO. ergost. CH. Quíd aïs?
SO. Compósito factumst, quó modo hanc amáns l pósset

Sine dóte. Ch. Di uostrám fidem, quam saépe forte témere
Euéniunt quae non aúdeas optáre! offendi aduéniens
Quocúm uolebam et út uolebam cónlocatam *gnátam*:
Quod nós ambo opere máxumo dabámus operam ut fíeret,
Sine nóstra cura, máxuma sua cúra haec sola fécit.
Nunc quíd opus facto sít uide: pater ádulescentis uénit
Eumque ánimo iniquo hoc óppido ferre áiunt. Ch. Nil períclist.
Sed pér deos atque hómines meam esse hanc cáue resciscat quísquam.
Nemo éx me scibit. Ch. Séquere me: intus aúdies *quae réstant*.

# ACTVS V.

## Demipho. Geta.

V 2 De. Nostrápte culpa fácimus ut malós expediat ésse,
Dum nímium dici nós bonos studémus et benígnos.
Ita fúgias ne praetér casam, quod áiunt. nonne id sát erat,
Accípere ab illo iniúriam? etiam argéntumst ultro obiéctum,
Vt sít qui uiuat, dum áliud aliquid flágiti confíciat.
Ge. Planíssume. De. Eis nunc praémiumst, qui récta praue fáciunt.
Ge. Veríssume. De. Vt stultíssume quidem illí rem gesserímus.
Ge. Modo ut hóc consilio póssiet discédi, ut istam dúcat.
De. Etiámne id dubiumst? Ge. Haúscio hercle, ut homost, an mutet ánimum.
De. Hem, mútet autem? Ge. Néscio: uerúm, si forte, díco.
De. Ita fáciam, ut frater cénsuit, ut uxórem eius huc addúcam,
Cum ista út loquatur. tú, Geta, abi prae: núntia hanc uentúram.
Ge. Argéntum inuentumst Phaédriae: de iúrgio silétur:
*Prouísumst*, ne in praeséntia haec hinc ábeat: quid nunc pórro?

' in eodém luto haesitás: uorsura sólues,
.ésens quod fuerát malum in diem ábiit: plagae créscunt,
picis. nunc hínc domum ibo ac Phánium edocébo,
ereatur Phórmionem aut *huius* oratiónem.

SMIPHO. NAVSISTRATA.

út soles, Nausístrata, fac illa út placetur nóbis, V 3
oluntate íd quod est faciúndum faciat. NA. Fáciam.
unc opera me ádiuuas, ac ré dudum opituláta es.
.olo: ac pol mínus queo uiri cúlpa, quam me dígnumst.
em? NA. Quia pol meí patris bene párta indiligénter
nam ex eis praédiis talénta argenti bína
statim: hem, uír uiro quid praéstat! DE. Binan quaéso?
uilióribus multó talenta bína. DE. Hui.
!c uidentur? DE. Scílicet. NA. Virúm me natum uéllem:
ıderem, DE. Certó scio. NA. quo pácto.. DE. Parce sódes,
cum illa, né te adulescens múlier defetíget.
t iubes: sed meúm uirum abs te exíre uideo.

IES. DEMIPHO. NAVSISTRATA.

CH. Ehem, Démipho,
atumst argéntum? DE. Curaui ílico. CH. Nollém datum.

Ei, uídeo uxorem: paéne plus quam sát erat. Quor nollés, Chremes?
Ch. Iam récte. De. Quid tu? ecquíd locutus cum ísta quam obrem hanc dúcimus?
Ch. Transégi. De. Quid aït tándem? Ch. Abduci nón p test. De. Qui nón potest?
Ch. Quia utérque utriquest córdi. De. Quid istuc nóstr Ch. Magni: praéter haec
Cognátam comperi ésse nobis. De. Quíd? deliras. Sic erit:
Non témere dico: rédii mecum in mémoriam. Satin sánus es?
Na. Au óbsecro, uide ne ín cognatam pécces. De. N est. Ch. Né nega:
Patris nómen aliud díctumst: hoc tu errásti. De. N norát patrem?
Ch. Norát. De. Quor aliud díxit? Ch. Numquamne hód concedés mihi
Neque intélleges? De. Si tú nil narras? Ch. Pérgis Na. Miror quíd siet.
De. Equidem hércle nesció. Ch. Vin scire? at íta me se uet Iúppiter,
Vt própior illi, quam égo sum ac tu, homo némo De. Di uostrám fidem:
Eámus ad ipsam: una ómnis nos aut scíre aut nescir hóc uolo. Ch. Ah.
De. Quid ést? Ch. Itan paruam míhi fidem esse apúd te De. Vin me crédere?
Vin sátis quaesitum mi ístuc esse? age, fíat. quid illa fília
Amíci nostri quíd futurumst? Ch. Récte. De. Han igitur míttimus?

Quid ni? De. Ílla maneat? Ch. Síc. De. Ire igitur tíbi licet, Nausístrata.
Sic pól commodius ésse in omnis árbitror, quam ut coéperas,
Manére hanc; nam perlíberalis uísast, quom uidí, mihi.
Quid istúc negotist? Ch. Iámne operuit óstium? De. Iam. Ch. O Iúppiter,
Di nós respiciunt: gnátam inueni núptam cum tuo fílio. De. Hem,
Quo pácto id potuit? Ch. Nón satis tutus ést ad narrandum híc locus.
At tu íntro abi. Ch. Heus, ne fílii quidem hoc nóstri resciscánt uolo.

Antipho.

V 4

Laetús sum, ut meae res sése habent, fratri óbtigisse quód uolt.
Quam scítumst, eius modí parare in ánimo cupiditátes,
Quas, quóm res aduorsaé sient, pauló mederi póssis!
Hic símul argentum répperit, curá sese expedíuit:
Ego núllo possum rémedio me euóluere ex his túrbis,
Quin, si hóc celetur, ín metu, sin pátefit, in probró sim.
Neque mé domum nunc réciperem, ni mi ésset spes osténta
Huiúsce habendae. séd ubi nam Getam ínuenire póssim?
[Vt rogem, quod tempus conueniundi patris me capere suadeat.]

### Phormio. Antipho.

V 5 Ph. Argéntum accepi, trádidi lenóni: abduxi múlier
Curáui propria ut Phaédria poterétur: nam e manu.
Nunc úna mihi res étiam restat quae ést confici ótium
Ab sénibus ad potándum ut habeam: nam áliquot sumám dies.
An. Sed Phórmiost: quid aïs? Ph. Quid? An. Quid núnc facturust Phaédria?
Quo pácto satietátem amoris aït se uelle absúmer
Ph. Vicíssim partis tuás acturust. An. Quás? Ph. Vt gitet *suóm* patrem.
Te suás rogauit rúrsum ut ageres, caúsam ut pr díceres.
Nam pótaturus ést apud me. ego me íre senibus nium
Dicam ád mercatum, ancíllulam emptum dúdum q dixít Geta:
Ne quom hic non uideant mé conficere crédant gentúm suom.
Sed óstium concrépuit abs te. An. Víde qui e diatúr. Ph. Getast.

### Geta. Antipho. Phormio.

V 6 Ge. Ó fortuna, o fórs fortuna, quántis commoditátib
Quám subito meo ero Ántiphoni ope uóstra h onerastís diem!
An. Quíd nam hic sibi uolt? Ge. nósque amicos exonerastís metu!
Séd ego nunc mihi césso, qui non umerum h onero pállio

Átque hominem propero ínuenire, ut haéc quae contigerínt sciat.
Núm tu intellegis, híc quid narret? Ph. Núm tu? An. Nil. Ph. Tantúndem ego.
Ád lenonem hinc íre pergam: ibi núnc sunt. An. Heus, Geta. Ge. Ém tibi.
Núm mirum aut nouómst reuocari, cúrsum quom institerís? An. Geta.
Pérgit hercle: númquam tu odio tuó me uinces. An. Nón manes?
Vápula. An. Id quidem tíbi iam fiet, nísi resistis, uérbero.
Fámiliariórem oportet ésse hunc: minitatúr malum.
Séd isne est quem quaero án non? ipsust. cóngredere actutúm. An. Quid est?
O ómnium, quantum ést qui uiuont, hóminum homo ornatíssume:
Nám sine controuórsia ab dis sólus diligere, Ántipho.
Íta uelim: sed quí istuc credam ita ésse mihi dicí uelim.
Sátin est si te délibutum gaúdio reddo? An. Énicas.
Quín tu hinc pollicitátiones aúfer et quod férs cedo. Ge. Oh,
Tú quoque aderas, Phórmio? Ph. Aderam: séd tu cessas? Ge. Áccipe, en:
Vt modo argentúm tibi dedimus ápud forum, rectá domum
Súmus profecti: intérea mittit érus me ad uxorém tuam.
Quam óbrem? Ge. Omitto próloqui: nam níl ad hanc remst, Ántipho:

Vbi in gynaeceum íre occipio, púer ad me adc Mida,
Póne adprendit pállio, resupínat: respició, rogo
Quam óbrem retineát me: ait esse uétitum intro eram accédere.
'Sóphrona modo frátrem huc' inquit 'sénis intro Chremem'
Eúmque nunc esse íntus cum illis: hóc ubi ego diui, ád foris
Súspenso gradú placide ire pérrexi, accessi, ástiti,
Ánimam compressi, aúrem admoui: ita ánimum co attendere,
Hóc modo sermónem captans. AN. Eú, Geta. GE. pulchérrumum
Fácinus audiui: ítaque paene hercle éxclamaui g dio.
AN. Quód? GE. Quod nam arbitráre? AN. Nescio. GE. qui mirificíssumum:
Pátruos tuos est páter inuentus Phánio uxorí tu AN. Hem,
Quíd aïs? GE. Cum eius consuéuit olim mátre Lemno clánculum.
PH. Sómnium: utin haec ígnoraret suóm patrem? G Aliquid crédito,
Phórmio, esse caúsae: sed me cénseu potuis ómnia
Íntellegere extra óstium, intus quae ínter sese ip égerint?
AN. Átque hercle ego quoque íllam audiui fábulam. G Immo etiám dabo
Quó magis credas: pátruos interea índe huc egredi túr foras:

multo post cúm patre idem récipit se intro dénuo:
terque tíbi potestatem éius adhibendaé dari:
jue ego sum míssus, te ut requírerem atque addúcerem. An. Em,
ergo rape mé: quid cessas? Ge. Fécero. An. O mi Phórmio,
. Ph. Vale, Antiphó. bene, ita me dí ament, factum. gaúdeo
ím fortunam de ínprouiso esse hís datam. V 7
na éludendi occásiost mihi núnc senes
haédriae curam ádimere argentáriam,
uoíquam suorum aequálium suppléx siet.
idem hóc argentum, ita út datumst, ingrátiis
itum erit: hoc qui cógam, re ipsa répperi.
géstus mihi uoltúsque est capiundús nouos.
hínc concedam in ángiportum hoc próxumum,
hísce ostendam me, úbi erunt egressí foras.
me ádsimularam ire ád mercatum, nón eo.

Demipho. Chremes. Phormio.

iágnas merito grátias habeo átque ago, V 8
do éuenere haec nóbis, frater, próspere.
e íta uti dixi líberalis? De. Óppido. 12
túm potest, nunc cónueniundus Phórmiost,
quám dilapidat nóstras trigintá minas
íferamus. Ph. Démiphonem sí domist
n, út quod.. De. At nos ád te ibamus, Phórmio.
adem hác fortasse caúsa? De. Ita hercle. Ph. Crédidi:
ád me ibatis? rídiculum: uerebámini
ón id facerem quód recepissém semel?

Itaque quamuis quanta haec méa paupertas ést, t
Adhuc curaui unum hóc quidem, ut mi essét fide
Itaque ad uos uenio nuntiatum, Démipho,
Paratum me esse: ubi uoltis, uxorém date.
Nam omnis posthabui míhi res, íta uti pár fuit,
Postquam tanto opere id uós uelle animum a
          uorteram.

DE. At hic dehortatus ést me, ne íllam tíbi darem:
'Nam quí erit rumor' ínquit, 'íd si féceris?
Olim quom honeste pótuit, tum non ést data:
Nunc uiduam extrudi túrpest': ferme eadem ó
Quae tute dudum córam me incusáueras.

PH. Satis superbe inlúditis me. DE. Quí? PH. Roga
Quia ne álteram quidem íllam potero dúcere:
Nam quó redibo ore ád eam quam contémpseri

CH. 'Tum autem Ántiphonem uídeo ab sese amítte
Inuítum eam' inque. DE. Tum aútem uideo fíliu
Inuitum sane múlierem ab se amíttere.
Sed tránsi sodes ád forum atque íllúd mihi
Argéntum rursum iúbe rescribi, Phórmio.

PH. Quodne égo discripsi pórro íllis quibus débui?

DE. Quid ígitur fiet? PH. Sí uis mi uxorém dare,
Quam déspondisti, dúcam: sin est út uelis
Manére íllam apud te, dós hic maneat, Démip
Nam nón est aequom mé propter uos décipi,
Quom ego uóstri honoris caúsa repudium álter
Remíserim, quae dótis tantundém dabat.

DE. *In'* ín malam rem hinc cum ístac magnificéntia,
Fugitíue? etiam nunc crédis te ignorárier
Aut túa facta adeo? PH. Inrítor. DE. Tune ha
          ceres,
Si tíbi daretur? PH. Fác periclum. DE. Vt fíli

Cum illa hábitet apud te, hoc uóstrum consiliúm fuit.
Quaesó quid narras? De. Quín tu mi argentúm cedo.
*Mihi* uéro uxorem tú cedo. De. In ius ámbula.
Enim uéro si porro ésse odiosi pérgitis..
Quid fácies? Ph. Egone? uós me indotatís modo
Patrócinari fórtasse arbitrámini:
Etiám dotatis sóleo. Ch. Quid id nostrá? Ph. Nihil.
Hic quándam noram, quoíus uir uxorem Ch. Hém. De. Quid est?
Lemni hábuit aliam: Ch. Núllus sum. Ph. ex qua filiam
Suscépit: et eam clam éducat. Ch. Sepúltus sum.
Haec ádeo ego illi iám denarrabo. Ch. Óbsecro,
Ne fácias. Ph. Oh, tune ís eras? De. Vt ludós facit.
Missúm te facimus. Ph. Fábulae. Ch. Quid uís tibi?
Argéntum quod habes cóndonamus te. Ph. Aúdio.
Quid uós malum ergo mé sic ludificámini
Inépti nostra púerili *inconstán*tia?
Noló uolo: uolo nólo rursum: cápe cedo:
Quod díctum, indictumst: quód modo erat ratum, ínritumst.
Quo pácto aut unde haec híc resciuit? De. Néscio,
Nisi mé dixisse némini certó scio.
Monstri, íta me di ament, símile. Ph. Inieci scrúpulum. De. Hem,
Hicíne ut a nobis hóc tantum argenti aúferat
Tam apérte inridens? émori hercle sátius est.
Animó uirili praésentique ut sís para.
Vidés tuom peccátum esse elatúm foras
Neque iam íd celare pósse te uxorém tuam:
Nunc quód ipsa ex aliis aúditura sít, Chremes,

Id nosmet indicáre placabílius est.
Tum hunc inpuratum póterimus nostró modo
Vlcisci. Ph. Attat, nísi mi prospicio, haéreo.
Hi gládiatorio ánimo ad me adfectánt uiam.
Ch. At uéreor ut placári possit. De. Bóno animo es:
Ego rédigam uos in grátiam, hoc fretús, Chre[cut off]
Quom e médio excessit únde haec susceptást ti[cut off]
Ph. Itane ágitis mecum? sátis astute adgrédimini.
Non hércle ex re istíus me ínstigasti, Démipho.
Ain tu? úbi quae lubitum fúerit peregre féceri[cut off]
Neque huíus sis ueritus féminae primáriae,
Quin nóuo modo eī fáceres contuméliam,
Veniás nunc precibus laútum peccatúm tuom?
Hisce égo illam dictis íta tibi incensám dabo,
Vt né restinguas, lácrumis si extilláueris.
De. [Malúm quod isti dí deaeque omnés duint.]
Tantáne adfectum quémquam esse hominem audá[cut off]
Non hóc publicitus scélus hinc asportárier
In sólas terras! Ch. Ín id redactus súm loci,
Vt quíd agam cum illo nésciam prorsum. De. [cut off] scio:
In iús eamus. Ph. Ín ius? huc, siquíd lubet.
De. Adséquere, retine, dúm ego huc seruos éuoco.
Ch. Enim néqueo solus: ádcurre. Ph. Vna iniúriast
Tecúm. Ch. Lege agito ergo. Ph. Álterast te[cut off] Chremes.
De. Rape húnc. Ph. Sic agitis? énim uero uocést opus:
Nausístrata, exi. Ch. Os ópprime. De. Inpurúm [cut off]
Quantúm ualet. Ph. Nausístrata, inquam. Ch. taces?
Ph. Taccám? De. Nisi sequitur, púgnos in uentrem íng[cut off]
Ph. Vel óculum exlide: est úbi uos ulciscár probe.

[AVSISTRATA. CHREMES. PHORMIO. DEMIPHO. V 9

L. Quí nóminat me? Ch. Hem. Na. Quíd istuc turbaest, óbsecro,
Mi uír? Ph. Ehem, quid nunc óbstipuisti? Na. Quís hic homost?
Non míhi respondes? Ph. Hícine ut tibi respóndeat,
Qui hercle úbi sit nescit? Ch. Cáue isti quicquam créd*u*as.
H. Abi, tánge: si non tótus friget, me énica.
H. Nil ést. Na. Quid ergo? quíd istic narrat? Ph. Iám scies:
Auscúlta. Ch. Pergin crédere? Na. Quid ego óbsecro
Huic crédam, qui nil díxit? Ph. Delirát miser
Timóre. Na. Non pol témerest, quod tu tám times.
H. Egon tímeo? Ph. Recte sáne: quando níl times,
Et hoc níl est quod ego díco, tu narrá. De. Scelus,
Tibi nárret? Ph. Ohe tu, fáctumst abs te sédulo
Pro frátre Na. Mi uir, nón mihi dices? Ch. Át.. Na. Quid 'at'?
L. Non ópus est dicto. Ph. Tíbi quidem: at scito huíc opust.
In Lémno Ch. Hem, quid aïs? De. Nón taces? Ph. clam te Ch. Eí mihi.
L. uxórem duxit. Na. Mí homo, di meliús duint.
L. Sic fáctumst. Na. Perii mísera. Ph. Et inde fíliam
Suscépit iam unam, dúm tu dormis. Ch. Quíd agimus?
L. Pro di ínmortales, fácinus miserandum ét malum.
I. Hoc áctumst. Ph. An quicquam hódiest factum indígnius?
Qui mi, úbi ad uxores uéntumst, tum fiúnt senes.
L. Démipho, te appéllo; nam cum hoc ípso distaedét loqui:

Haécine erant itiónes crebrae et mánsiones diút
Lémni? haecine erat éa quae nostros mínuit fr uílitas?
DE. Égo, Nausistrata, ésse in hac re cúlpam meritum negoː
Séd ea quin sit ígnoscenda. PH. Vérba fiunt tuo.
DE. Nám neque neglegéntia tua néque odio id fecít t
Vínolentus fére abhinc annos quíndecim m culam
Eám compressit, únde haec natast: néque pos umquam áttigit.
Éa mortem obiit, é medio abiit: quí fuit in re scrúpulus.
Quam óbrem te oro, ut ália facta túa sunt, a animo hóc feras.
NA. Quíd ego aequo animo? cúpio misera in hác re defúngier.
Séd qui id sperem? aetáte porro mínus peccatu putem?
Iám tum erat senéx, senectus sí uerecundós facit.
Án mea forma atque aétas nunc magis éxpetend Démipho?
Quíd mi hic adfers, quam óbrem expectem aut rem porro nón fore?
PH. Éxequias Chreméti quibus est cómmodum ire, témpus est.
Síc dabo: age nunc, Phórmionem quí uolet lacéssi
Fáxo tali eúm mactatum atque híc est infortúnio.
Rédeat sane in grátiam: iam súpplici satis ést mihi
Hábet haec eï quód, dum uiuat, úsque ad aurem gánniat.

neo merito crédo: quid ego núnc commemorem, Démipho,
ulatim, quális ego in hunc fúerim? De. Noui aeque ómnia
am. Na. Merito hoc meó uidetur fáctum? De. Minume géntium:
am quando iam áccusando fíeri infectum nón potest,
sce: orat cónfitetur púrgat: quid uis ámplius?
n uero prius quam haéc dat ueniam, míhi prospiciam et Phaédriae.
s Nausistratá, prius quam huic respóndes temere, audí. Na. Quid est?
minas trigínta ab illo pér fallaciam ábstuli:
dedi tuo gnáto: is pro sua amíca lenoní dedit.
ı, quid aïs? Na. Adeón indignum hoc tíbi uidetur, fílius
ıo adulescens sí habet unam amícam, tu uxorés duas?
ıudere? quo óre illum obiurgábis? respondé mihi.
et ut uolés. Na. Immo ut meam iám scias senténtiam,
ue ego ignosco néque promitto quícquam neque respóndeo
s quam gnatum uídero: eius iudício permitto ómnia.
d is iubebit fáciam. De. Mulier sápiens es, Nausístrata.
ı tibist? Ch. Mihin? ímmo uero púlchre discedo ét probe
ıraeter spem. Na. Tú tuom dic nómen quod sit. Ph. Phórmio:

Vóstrae familiae hércle amicus ét tuo summu driae.
NA. Phórmio, at ego ecástor posthac tíbi quod p quaé uoles
Fáciamque et dicám. PH. Benigne dícis. NA. I ritúmst tuom.
PH. Vín primum hodie fácere quod ego gaúdean sístrata,
Ét quod tuo uiro óculi doleánt? NA. Cúpio. I ad cenám uoca.
NA. Pól uero uoco. DE. Eámus intro hinc. CH. Fi ubist Phaédria
Iúdex noster? PH. Iam híc faxo aderit. CANTO ualete et plaúdite.

---

# METRA HVIVS FABVLAE HAEC SVNT

1 ad 152 iambici senarii
53 et 154 trochaici octonarii
55 trochaicus septenarius
56 et 157 trochaici octonarii
58 et 159 trochaici septenarii
160 ad 162 iambici octonarii
63 iambicus quaternarius
64 ad 176 iambici octonarii
77 et 178 iambici septenarii
79 et 180 trochaici septenarii
31. 182. 184 iambici octonarii
3 iambicus quaternarius
5 et 186 trochaici septenarii
7 et 188 trochaici octonarii
9 et 190 trochaici septenarii
1 iambicus quaternarius
2. 193. 195 iambici octonarii
4 iambicus senarius
6 iambicus quaternarius
7 ad 215 trochaici septenarii
6 ad 230 iambici senarii
1 et 232 trochaici septenarii
3 ad 251 iambici octonarii
2 et 253 trochaici septenarii
4 ad 314 iambici senarii
5 ad 347 trochaici septenarii
18 ad 464 *iambici senarii*

V. 465 ad 468 trochaici octonarii
- 469 et 470 trochaici septenarii
- 471 ad 478 iambici octonarii
- 479 et 480 trochaici octonarii
- 481 ad 484 trochaici septenarii
- 485 clausula
- 486 iambicus octonarius
- 487 ad 489 trochaici septenarii
- 490 iambicus senarius
- 491 iambicus septenarius
- 492 iambicus octonarius
- 493 ad 501 trochaici septenarii
- 502 et 503 iambici octonarii
- 504 ad 566 trochaici septenarii
- 567 ad 712 iambici senarii
- 713 ad 727 iambici octonarii
- 728. 730. 731 trochaici octonarii
- 729 trochaicus dimeter catalecticus
- 732 trochaicus septenarius
- 733 et 734 iambici octonarii
- 735 ad 738 trochaici octonarii
- 739 ad 741 trochaici septenarii
- 742 ad 747 iambici octonarii
- 748 ad 794 iambici septenarii
- 795 ad 819 iambici octonarii
- 820 ad 827 iambici septenarii
- 829 ad 840 iambici octonarii
- 841 ad 883 trochaici septenarii
- 884 ad 1010 iambici senarii
- 1011 ad 1055 trochaici septenarii.

## METRA HVIVS FABVLAE HAEC SVNT

1 ad 152 iambici senarii
153 et 154 trochaici octonarii
155 trochaicus septenarius
156 et 157 trochaici octonarii
158 et 159 trochaici septenarii
160 ad 162 iambici octonarii
163 iambicus quaternarius
164 ad 176 iambici octonarii
177 et 178 iambici septenarii
179 et 180 trochaici septenarii
181. 182. 184 iambici octonarii
183 iambicus quaternarius
185 et 186 trochaici septenarii
187 et 188 trochaici octonarii
189 et 190 trochaici septenarii
191 iambicus quaternarius
192. 93. 195 iambici octonarii
194 iambicus senarius
196 iambicus quaternarius
197 ad 215 trochaici septenarii
216 ad 230 iambici senarii
231 et 232 trochaici septenarii
233 ad 251 iambici octonarii
252 et 253 trochaici septenarii
254 ad 314 iambici senarii
315 ad 347 trochaici septenarii
348 ad 464 iambici senarii

## C. SVLPICI APOLLINARIS PERIOCHA

Vxórem ducit Pámphilus Philúmenam,
Cui quóndam ignorans uírgini uitium óbtulit,
Cuiúsque per uim quém detraxit ánulum
Dederát amicae Bácchidi meretrículae.
Dein ést profectus Ímbrum: nuptam haud áttigit.
Hanc máter utero gráuidam, ne id sciát socrus,
Vt aégram ad sese tránsfert. reuenit Pámphilus:
Depréndit partum: célat: uxorém tamen
Recípere non uolt. páter incusat Bácchidis
Amórem. dum se púrgat Bacchis, ánulum
Matér uitiatae fórte agnoscit Mýrrina.
Vxórem recipit Pámphilus cum fílio.

---

### PERSONAE.

PHILOTIS MERETRIX
SYRA ANVS
PARMENO SERVOS
LACHES SENEX
SOSTRATA MATRONA
PHIDIPPVS SENEX
PAMPHILVS ADVLESCENS
MYRRINA MATRONA
SOSIA SERVOS
BACCHIS MERETRIX.

# PROLOGVS.

yrae huíce nomen fábulaest: haec quóm datast
a, *eí* nouom interuénit uitium et cálamitas,
ıéque spectari néque cognosci pótuerit:
ıópulus studio stúpidus in funámbulo
num óccuparat. núnc haec planest pró noua:
ı qui scripsit hánc ob eam rem nóluit
im referre, ut íterum posset uéndere,
* * * * * * * *
ı cognostis éius: quaeso hanc nóscite.

# L. AMBIVIVS PROLOGVS.

or ad uos uénio ornatu prólogi:
:e éxorator sim, eódem ut iure utí senem
át, quo iure sum úsus adulescéntior,
ás qui exactas féci ut inueteráscerent,
:úm poëta scríptura euanésceret.
ís, quas primum Caécili didicí nouas,
ím sum earum exáctus, partim uíx steti.
: scíbam dubiam fórtunam esse scaénicam,
incérta certum míhi laborem sústuli.
lem ágere coepi, ut áb eodem alias díscerem
ás, studiose, né illum ab studio abdúcerem.
'éci ut spectaréntur: ubi sunt cógnitae,
itaé sunt. ita poëtam restitui ín locum
ıe iám remotum iniúria aduorsárium
ıtúdio atque ab labóre atque arte música.
d *sí* scripturam spréuissem in praeséntia
ı déterrendo uóluissem operam súmere,
n ótio esset *pótius* quam in negótio:

Detérruissem fácile, ne alias scríberet.
Nunc quíd petam, mea caúsa aequo animo attén
Hecyram ád uos refero, quám mihi per siléntiu
Numquam ágere licitumst: íta eam oppressit
mitas.
Eam cálamitatem uóstra intellegéntia
Sedábit, si erit adiútrix nostrae indústriae.
Quom prímum eam agere coépi, pugilum glória,
[Funámbuli eodem accéssit expectátio]
Comitúm conuentus, strépitus, clamor múlierum
Fecére ut ante témpus exirém foras.
Vetere ín noua coepi úti consuetúdine,
In éxperiundo ut éssem: refero dénuo.
Primo áctu placeo: quom ínterea rumór uenit
Datum íri gladiatóres, populus cónuolat,
Tumúltuantur clámant pugnant dé loco:
Ego intérea meum non pótui tutarí locum.
Nunc túrba non est: ótium et siléntium est:
Agéndi tempus míhi datumst: uobís datur
Potéstas condecorándi ludos scaénicos.
Nolíte sinere pér uos artem músicam
Recídere ad paucos: fácite ut uostra auctóritas
Meae auctóritati faútrix adiutríxque sit.
[Si númquam auare prétium statui artí meae
Et eum ésse quaestum in ánimum induxi máxumum,
Quam máxume seruíre uostris cómmodis:]
Sinite ínpetrare mé, qui in tutelám meam
Studiúm suom et se in uóstram commisít fidem,
Ne eum círcumuentum iníque iniqui inrídeant.
Mea caúsa causam accípite et date siléntium,
Vt lúbeat scribere áliis mihique ut díscere
Nouás expediat pósthac pretio emptás meo.

# ACTVS I.

## PHILOTIS. SYRA.

pól quam paucos réperias meretrícibus I 1
ělis eueníre amatorés, Syra.
hic Pámphilus iurábat quotiens Bácchidi,
ım sáncte, ut quiuis fácile posset crédere,
nquam ílla uiua dúcturum uxorém domum!
dúxit. Sy. Ergo própterea te sédulo
móneo et hortor, né quoiusquam místereat,
n spólies mutiles láceres, quemquem nácta sis.
n eximium néminem habeam? Sy. Néminem:
n némo illorum quísquam, scito, ad té uenit,
n íta paret sese, ábs te ut blanditiís suis
ım mínumo pretio suám uoluptatem éxpleat.
cíne tu amabo nón contra insidiábere?
nén pol eandem iniúriumst esse ómnibus.
irium autemst úlcisci aduorsários?
; quá uia te cáptent eadem ipsós capi?
ıú me miseram, quór non aut istaéc mihi
ás et formast aút tibi haec senténtia?

## PARMENO. PHILOTIS. SYRA.

ıéx si quaeret mé, modo isse dícito I 2
pórtum percontátum aduentum Pámphili.
lín quid dicam, Scírte? si quaerét me, uti
n dícas: si *non quaéret*, nullus díxeris,

Aliás ut uti póssim causa hac íntegra.
Sed uídeon ego Philótium? unde haec áduenit?
Philótis, salue múltum. Ph. O salue, Pármeno.
Sy. Salué mecastor, Pármeno. Pa. Et tu edepól, Sy
Dic mi, úbi, Philotis, te óblectasti tám diu?
Ph. Minume équidem me oblectáui, quae cum mílite
Corínthum hinc sum profécta inhumaníssumo:
Biénnium ibi perpétuom misera illúm tuli.
Pa. Edepól te desidérium Athenarum árbitror,
Philótium, cepísse saepe et té tuom
Consílium contempsísse. Ph. Non dicí potest,
Quam cúpida eram huc redeúndi, abeundi a míli
Vosque híc uidendi, antíqua ut consuetúdine
Agitárem inter uos líbere conuíuium:
Nam illi haúd licebat nísi praefinitó loqui
Quae illí placerent. Pa. Haúd opinor cómmode
Finém statuisse orátioni mílitem.
Ph. Sed quíd hoc negotist, módo quod narrauít mihi
Hic íntus Bacchis? quód ego numquam crédidi
Fore, ut ílle hac uiua pósset animum indúcere
Vxórem habere. Pa. Habére autem? Ph. Eho tu,
nón habet?
Pa. Habét: sed firmae hae uéreor ut sint núptiae.
Ph. Ita dí deaeque fáxint, si in rem est Bácchidis.
Sed quí istuc credam ita ésse, dic mihi, Párme
Pa. Non ést opus prolato: hoc percontárier
Desíste. Ph. Nempe ea caúsa, ut ne id fiát palam?
Ita mé di amabunt, haúd propterea té rogo,
Vt hoc próferam, sed ut tácita mecum gaúdeam.
Pa. Numquám tam dices cómmode, ut tergúm meum
Tuam ín fidem commíttam. Ph. Ah noli, Pármen
Quasi tú non multo mális narrare hóc mihi

aam ego quaé percontor scíre. Pa. Vera haec praédicat,
t illúd mihi uitiumst máxumum. si míhi fidem
as té tacituram, dícam. Ph. Ad ingeniúm redis.
idém do: loquere. Pa. Auscúlta. Ph. Istic sum. Pa. Hanc Bácchidem
mábat, ut quem máxume, tum Pámphilus,
uom páter uxorem ut dúcat orare óccipit
t haéc communia ómnium quae súnt patrum,
esé senem esse dícere, illum autem únicum:
raesídium uelle sé senectutí suae.
le prímo se negáre: sed postquam ácrius
ater ínstat, fecit ánimi ut incertús foret,
udórin anne amóri obsequeretúr magis.
'undéndo atque odio dénique effecít senex:
espóndit ei gnatam huíus uicini próxumi.
sque íllud uisumst Pámphilo ne utiquám graue,
onéc iam in ipsis núptiis, postquám uidet
arátas nec moram úllam quin ducát dari,
i démum ita aegre túlit, ut ipsam Bácchidem,
i adésset, credo ibi éius commiserésceret.
bi quómque datum erat spátium solitúdinis,
t cónloqui mecum úna posset: 'Pármeno,
erií, quid ego egi? in quód me conieci malum!
on pótero hoc ferre, Pármeno: perií miser.'
t té di deaeque *fáxint* cum isto odió, Laches.
t ad paúca redeam, uxórem deducít domum.
octe ílla prima uírginem non áttigit:
uae cónsecutast nóx eam, niló magis.
uid aïs? cum uirgine úna adulescens cúbuerit
lus pótus, sese illa ábstinere ut pótuerit?
on uéri simile dícis nec uerum árbitror.

PA. Credo íta uideri tíbi: nam nemo ad té uenit
Nisi cúpiens tui: ille inuítus illam dúxerat.
PH. Quid deínde fit? PA. Diébus sane paúculis
Post Pámphilus me sólum seducít foras
Narrátque, ut uirgo ab se íntegra etiam túm siet,
Seque ánte quam eam uxórem duxissét domum
Sperásse eas toleráre posse núptias.
'Sed quám decrerim mé non posse diútius
Habére, eam ludíbrio haberi, Pármeno,
Quin íntegram itidem réddam, ut accepi áb suis,
Neque honéstum mihi neque útile ipsi uírginist.'
PH. Pium ác pudicum ingénium narras Pámphili.
PA. 'Hoc égo proferre incómmodum mi esse árbitror:
Reddí patri autem, quoí tu nil dicás uiti,
Supérbumst: sed illam spéro, ubi hoc cognóuerit,
Non pósse se mecum ésse, abituram dénique.'
PH. Quid? intérea ibatne ad Bácchidem? PA. Cotídie.
Sed út fit, postquam hunc álienum ab sesé uidet,
Malígna et multo mágis procax facta ílicost.
PH. Non édepol mirum. PA. Atque éa res multo máxume
Diiúnxit illum ab ílla, postquam et ípse se
Et íllam et hanc quae dómi erat cognouít satis.
[Ad exemplum ambarum mores earum existimans]
Haec, íta uti liberáli esse ingenió decet,
Pudéns modesta, incómmoda atque iniúrias
Viri ómnis ferre et tégere contumélias.
Hic ánimus partim uxóris misericórdia
Deuínctus, partim uíctus huius iniúriis
Paulátim elapsust Bácchidi atque huc tránstulit
Amórem, postquam pár ingenium náctus est.
Intérea in Imbro móritur cognatús senex
*Horúnce*. ea ad hos redierat lege heréditas.

o amántem inuitum Pámphilum extrudít pater.
elínquit cum matre híc uxorem: nám senex
us ábdidit se, huc ráro in urbem cómmeat.
uid adhúc habent infírmitatis núptiae?
unc aúdies. primós dies complúsculos
ene cónueniebat sáne inter eas. ínterim
iirís modis odísse coepit Sóstratam:
eque lítes ullae intér eas, postulátio
umquám. Ph. Quid igitur? Pa. Síquando ad eam accésserat
onfábulatum, fúgere e conspectu ílico,
idére nolle: dénique ubi non quít pati,
imulát se ad matrem arcéssi ad rem diuínam, abit.
bi illíc dies est complúris, arcessí iubet:
ixére causam túm nescio quam. iterúm iubet:
emó remisit. póstquam arcessunt saépius,
egram ésse simulant múlierem. nostra ílico
: uísere ad eam: admísit nemo. hoc úbi senex
escíuit, heri ea caúsa rure huc áduenit,
atrém continuo cónuenit Philúmenae.
uid égerint intér se, non dum etiám scio:
isi sáne curaest, quórsum euenturum hóc siet.
abés omnem rem: pérgam quo coepi hóc iter.
t quídem ego: nam constítui cum quodam hóspite
e esse íllum conuentúram. Pa. Di uortáut bene
uod agás. Ph. Vale. Pa. Et tu béne uale, Philótium.

# ACTVS II.

LACHES. SOSTRATA.

II 1 LA. Pro deum átque hominum fidém, quod hoc gen quae haéc est coniurátio!
Vtin ómnes mulierés eadem aeque stúdeant que ómnia
Neque déclinatam quícquam ab aliarum íngeni réperias!
Itaque ádeo uno animo omnés socrus *omnís su* rúnt nurus.
Viris ésse aduorsas aéque studiumst, símilis ciast.
In eódemque omnes míhi uidentur lúdo do málitiam:
Ei lúdo, si ullus ést, magistram hanc ésse sat scio.
So. Me míseram, quae nunc quam óbrem accuse LA. Hem,
Tu néscis? So. *Nescio*, íta me di ament, mí
Itaque úna inter nos ágere aetatem líceat. mala próhibeant.
So. Meque ábs te inmerito esse áccusatam pó resciscés, scio.
LA. Te inmérito? an quicquam pro ístis factis di dici potest?

ét te et familiám dedecoras, fílio luctúm paras.
n éx amicis ínimici ut sint nóbis adfinés facis,
decrerunt dígnum, suos quoi líberos commítterent.
ɔrere, quaé perturbes haéc tua inpudéntia.
Tu ínquam mulier, quaé me omnino lápidem, non hominém putas.
ruri esse crébro soleo, néscire arbitrámini
ıe pacto hic uítam uostrorum éxigat?
ius híc quae fiunt quam ílli ubi sum adsidué scio:
uti dómi uos mi eritis, proínde ego ero famá foris.
ı equidem audíui cepisse ódium tui Philúmenam:
e adeo mírum; et ni id fecísset, magis mirúm foret.
redidi ádeo, ut etiam tótam hanc odissét domum:
:issem, illa híc maneret pótius, tu hinc issés foras.
uam inmerito aégritudo haec óritur mi abs te, Sóstrata:
tum abií, concedens uóbis et rei sérulens,
. haud párcens praeter aéquom atque aetatém meam,
ostros ótiumque ut nóstra res possét pati.
ɔ his curásse rebus, néquid aegre essét mihi!

**So.** Nón mea opera néque pol culpa euénit. **La.** I máxume:
Sóla hic fuisti: in te ómnis haeret cúlpa sola, S trata.
Quae híc erant curáres, quom ego uos cúris s céteris.
Cúm puella anúm suscepisse ínimicitias nón pude
Íllius dices cúlpa factum? So. Haud équidem d mí Laches.
**La.** Gaúdeo, ita me dí ament, gnati caúsa: nam d quidem
Sátis scio peccándo fieri détrimenti níl potest.
**So.** Quí scis an ea caúsa, mi uir, me ódisse adsim uerit,
Vt cum matre plús una esset? La. Quíd aïs? signi hóc sat est,
Quód heri nemo uóluit uisentem ád eam te intro míttere?
**So.** Énim lassam oppido aíbant tum esse: eo ád eam admíssa sum.
**La.** Tuós esse ego illi móres morbum mágis quam ul aliam rem árbitror,
Ét merito adeo: nám uostrarum núlla est, quin g túm uelit
Dúcere uxorem: ét quae uobis plácitast cond datur:
Vbi duxere inpúlsu uostro, uóstro inpulsu easd éxigunt.

PHIDIPPVS. LACHES. SOSTRATA.

II 2 **Ph.** Etsí scio ego, Philúmena, meum iús esse, ut cógam

o ínperem facere: égo tamen patrio ánimo uictus fáciam,
ncedam, néque tuae lubídini aduorsábor.
ecum Phidippum óptume uideo: hínc iam scibo hoc quíd sit.
, etsi ego meis me ómnibus scio esse ád- prime obsequéntem,
adeo ut mea ·fácilitas corrúmpat íllorum ánimos:
si idem facerés, magis in rem ét uostram et nostram ésset.
leo in illarúm potestate ésse te. Ph. Heia uéro.
eri de fília: ut ueni, ítidem incertum amísti.
decet, si pérpetuam hanc uis ésse adfinitá- tem,
e iras. síquid est peccátum a nobis, prófer:
efellendo aút purgando uóbis corrigémus
e ipso. sín east retinéndi causa apúd uos,
rast: te mi iniúriam facere árbitror, Phi- díppe,
s satis ut meaé domi curétur diligénter.
e di ament, haúd tibi hoc concédo, etsi illi páter es,
am saluam mágis uelis quam ego: id ádeo gnati caúsa,
o íntellexi illam haúd minus quam se ípsum magnificáre.
leo clam me est, quam ésse eum grauitér laturum crédam,
escierit: eó domum studeo haéc prius quam ille ut rédeat.

PH. Lachés, et diligéntiam uostram ét benignitáte
Noui ét quae dicis ómnia esse ut dícis animum i
Et te hóc mihi cupio crédere: illam ad uós
stúdeo,
Si fácere possim ulló modo. LA. Quae rés te
cere próhibet?
Eho, númquid nam accusát uirum? PH. Minume
postquam atténdi
Magis ét ui coepi cógere ut redíret, sancte adi
Non pósse apud uos Pámphilo se absénte perd
Aliúd fortasse alií uiti est: ego sum ánimo le
tus:
Non póssum aduorsarí meis. LA. Hem, Sóstrat
Heu me míseram.
LA. Certúmnest istuc? PH. Núnc quidem ut uidétu
numquíd uis?
Nam est quód me transire ád forum iam opórte
Eo tecum úna.

II 3 SO. Édepol ne nos súmus inique aeque ómnes inuisa
Própter paucas, quae ómnes faciunt dígnae ut
múr malo.
Nam íta me di ament, quód me accusat nún
sum extra nóxiam.
Séd non facilest éxpurgatu: ita ánimum indux
socrus
Ómnis esse iníquas: haud pol mé quidem: nam
quám secus
Hábui illam ac si ex mé esset nata: néc qui l
eueniát scio:
Nísi pol filiúm multimodis iam éxpeto ut rede
mum.

# ACTVS III.

**MPHILVS. PARMENO. MYRRINA.**

ni ego plura ésse acerba crédo ex amore homini úmquam oblata III 1
mi. heu me infelícem, hancine ego uítam parsi pérdere!
.e causa ego erám tanto opere cúpidus redeundí domum! *h*ui,
to fuerat praéstabilius úbiuis gentium ágere aetatem
húc redire atque haéc ita esse míserum me resciscere!
nos omnes quíbus est alicunde áliquis obiectús labos,
quod est intérea tempus príus quam id rescitúmst lucrost.
citius quí te expedias hís aerumnis réperias.
n rediissés, haec irae fáctae essent multo ámpliores:
ıunc aduentúm tuom ambas, Pámphile, scio réuerituras.
cognosces: íram expedies: rúrsum in gratiám restitues.

Léuia sunt, quae tú pergrauia esse ín animun duxtí tuom.

PAM Quid cónsolare me? án quisquam usquam génti aequé miser?

Prius quam hánc uxorem dúxi, habebam alibi mum amori déditum:

Tamén numquam ausus súm recusare eám qua obtrudít pater:

Iam in hác re, ut taceam, quoíuis facile scítust fuerím miser.

Vix me íllim abstraxi atque ínpeditum in ea éx animúm meum,

Vixque húc contuleram: em nóua res ortast, ab hac quae me ábstrahat.

Tum mátrem ex ea re me aút uxorem in cúl uenturum árbitror:

Quod quom íta esse inueneró, quid restat nísi ut fiám miser?

Nam mátris ferre iniúrias me, Pármeno, iubet:

Tum uxóri obnoxiús sum: ita olim suó me in pértulit,

Tot meás iniuriás quae numquam in úllo pat loco.

Sed mágnum nescio quíd necessest éuenisse, meno,

Vnde íra inter eas íntercessit, quaé tam perr diu.

PAR. Aut hércle paruom, sí uis uero uéram rati éxequi.

Non máxumae, quae máxumae sunt ínterdum iniúriae

t: nam saepe est, quíbus in rebus álius ne iratús quidemst,
de eádem causast íracundus fáctus inimicíssumus.
ínter sese quám pro leuibus nóxiis irás gerunt!
pter? quia enim qui eós gubernat ánimus infirmúm gerunt.
íllae mulierés sunt ferme ut púeri leui senténtia:
se unum aliquod uérbum inter eas íram hanc conciuísse, *ere.*
rmeno, intro ac mé uenisse núntia. Par. Hem, quid hoc ést? Pam. Tace.
ári sentio ét cursari rúrsum prorsum. Par. Age dum, ád foris
propius. hém, sensistin? Pam. Nóli fabulárier.
piter, clamórem audiui. Par. Túte loqueris, mé uetas.
bsecro, mea gnáta. Pam. Matris uóx uisast Philúmenae.
sum. Par. Qui dum? Pam. Périi. Par. Quam obrem? Pam. Néscio quod magnúm malum
o, Parmenó, me celas. Par. Ýxorem Philúmenam
e nescio quíd dixerunt: íd si forte est néscio.
quor id míhi non dixti? Par. Quía non poteram una ómnia.
órbi est? Par. Nesció. Pam. Quid? nemon médicum adduxit? Par. Néscio.
ínc ire intro, ut hóc quam primum, quídquid est, certó sciam?

Quo nám modo, Philúmena mea, núnc te offen adféctam?
Nam sí periclum ullum ín te inest, perísse me haud dúbiumst.
PAR. Non úsus factost míhi nunc hunc intró sequi:
Nam inuísos omnis nós esse illis séntio:
Heri némo uoluit Sóstratam intro admíttere.
Si fórte morbus ámplior factús siet,
Quod sáne nolim, máxume eri caussá mei:
Seruom ílico intro iuísse dicent Sóstratae,
Aliquíd tulisse cómminiscentúr mali
Capiti átque aetati illórum, morbus qui aúctu
Era in crímen ueniet, égo uero in magnúm mal

SOSTRATA. PARMENO. PAMPHILVS

III 2 SO. Nesció quid iam dudum aúdio hic tumúltuari
Male métuo ne Philúmenae magis mórbus uéscat:
Quod te, Aésculapi, et té, Salus, nequíd s óro.
Nunc ád eam uisam. PAR. Heus, Sóstrata. S PAR. Iterum ístinc excl
SO. Ehem Pármeno, tun híc eras? perií, quic mísera?
Non uísam uxorem Pámphili, quom in pró sit aégra?
PAR. Non uísas? ne mittás quidem uiséndi caus quam.
Nam quí amat quoi odio ípsus est, bis fácer dúco:
Labórem inanem ipsús capit et illí molestian
Tum fílius tuos íntro iit uidére, ut uenit, quíd

Quid aïs? an uenit Pámphilus? Par. Venít. So. Dis gratiam hábeo.
Hem, istóc uerbo animus míhi redit et cúra ex corde excéssit.
Iam eá te causa máxume nunc húc intro ire nólo:
Nam sí remittent quídpiam Philúmenae dolóres,
Omném rem narrabít, scio, contínuo sola sóli,
Quae intér uos interuénerit, unde órtumst initium írae.
Atque éccum uideo ipsum égredi: quam trístist! So. O mi gnáte.
Mea máter, salue. So. Gaúdeo uenísse saluom. sáluan
Philúmenast? Pam. Meliúsculast. So. Vtinam ístuc ita di fáxint.
Quid tu ígitur lacrumas? aút quid es tam trístis? Pam. Recte, máter.
Quid fuít tumulti? díc mihi: an dolór repente inuásit?
Ita fáctumst. So. Quid morbi ést? Pam. Febris. So. Cotídiana? Pam. Ita áiunt.
I sódes intro, cónsequar iam té, mea mater. So. Fíat.
Tu púeris curre, Pármeno, obuiam átque eis onera adiúta.
Quid? nón sciunt ipsí uiam, domúm qua ueniant? Pam. Céssas?
Néqueo mearum rérum initium ullum ínuenire idóneum, III 3
Vnde exordiár narrare, quaé nec opinanti áccidunt;
Pártim quae perspéxi his oculis, pártim quae accepi aúribus:
Quá me propter éxanimatum cítius eduxí foras.

Nám modo intro ut mé corripui tímidus, ali cans
Mórbo me uisúrum adfectam ac sénsi esse ı eí mihi.
Póstquam me aspexére ancillae aduénisse, om
Laétae exclamant 'uénit', id quod mé repen xerant.
Séd continuo uóltum earum sénsi inmutari ó
Quía tam incommode íllis fors obtúlerat a meum.
Vna illarum intérea propere praécucurrit nú
Mé uenisse: ego eíus uidendi cúpidus rect quor.
Póstquam intro adueni, éxtemplo eius mór gnouí miser:
Nám neque ut celári posset témpus spatiu dabat,
Néque uoce alia ac rés monebat ípsa pote queri.
Póstquam aspexi, 'o fácinus indignum' ín corripui ílico
Me índe lacrumans, íncredibili re átque at citus.
Máter consequitúr: iam ut limen éxirem, áccidit
Lácrumans misera: míseritumst. proféeto ho út puto.
Ómnibus nobis út res dant sese, íta magni milés sumus.
Hánc habere orátionem mécum principio ín
'Ó mi Pamphile, ábs te quam obrem ha causám uides:

ı uitiumst oblátum uirgini ólim ab nescio quo ínprobo.
c huc confugít, te atque alios pártum ut celarét suom.'
quom orata eiús reminiscor, néqueo quin lacrumém miser.
ıéque fors fortúnast' inquit 'nóbis quae te hodie óbtulit,
eam te obsecrámus ambae, sí ius, si fas ést, uti
orsa eius pér te tecta tácitaque apud omnís sient.
ımquam erga te animo ésse amico sénsisti eam, mi Pámphile,
: labore hanc grátiam te ut síbi des pro illa núnc rogat.
ɜrum de rédducenda id fácias, quod in rem sít tuam.
turire eám nec grauidam esse éx te, solus cónsciu's:
ı áiunt tecum póst duobus cóncubuisse ménsibus.
a, postquam ad te uénit, mensis ágitur hic iam séptumus:
d te scire ipsa índicat res. núnc si potis est, Pámphile,
ume uoló doque operam, ut clam éueniat partús patrem
ue adeo omnis. séd si id fieri nón potest quin séntiant,
m abortum essé: scio nemini áliter suspectúm fore,
ı, quod ueri símilest, ex te récte eum natúm putent.

Cóntinuo exponétur: hic tibi níl est quicquam in-
cómmodi,
Et illi miserae indigne factam iniúriam contéxeris.
Pólliciuts sum, et séruare in eo cértumst quod dixi
fidem.
Nám de reducénda, id uero ne útiquam hone-
stum esse árbitror:
Néc faciam, etsi amór me grauiter cónsuetúdo-
que eius tenet.
Lácrumo, quae posthác futurast uíta quom in men-
tém uenit
Sólitudoque. ó fortuna, ut númquam perpetuo's
data!
Séd iam prior amór me ad hanc rem exércitatum red-
didit,
Quém ego tum consílio missum féci: idem hunc ope-
rám dabo.
Adest Pármeno cum púeris: hunc minumést opus
In hác re adesse: nam ólim soli crédidi,
Eá me abstinuisse ín principio, quóm datast:
Vereór, si clamorem éius hic crebro aúdiat,
Ne párturire intéllegat. aliquó mihist
Hinc áblegandus, dúm parit Philúmena.

### PARMENO. SOSIA. PAMPHILVS.

III 4 PAR. Aín tú tibi hoc incómmodum euenísse iter?
SO. Non hércle uerbis, Pármeno, dicí potest
Tantúm, quam re ipsa náuigare incómmodumst.
PAR. Itanést? SO. O fortunáte, nescis quíd mali
Praetérieris, qui númquam es ingressús mare.
Nam aliás ut mittam míserias, unam hánc uide:
Diés triginta aut plús eo in naui fui,

om intérea semper mórtem expectabám miser:
úsque aduorsa témpestate usí sumus.
.ósum. So. Haud clam me est: dénique hercle au-
fúgerim
tiús quam redeam, si eó mihi redeundúm sciam.
m quidem te caúsae inpellebánt leues,
od núnc minitare fácere ut faceres, Sósia.
l Pámphilum ipsum uídeo stare ante óstium:
íntro: ego hunc adíbo, siquid mé uelit.
e, étiam tu hic stas? Pam. Équidem te expectó.
Par. Quid est?
árcem transcurso ópus est. Par. Quoi hominí?
Pam. Tibi.
árcem? quid eo? Pam. Cállidemidem hóspitem
'cónium, qui mecum úna uectust, cónueni.
:ií. nouisse hunc dícam, si saluós domum
dísset umquam, ut me ámbulando rúmperet.
id céssas? Par. Quid uis dícam? an conueniám
modo?
nó quod constitui hódie conuentúrum eum,
a pósse, ne me frústra illi expectét. uola.
nón noui hominis fáciem. Pam. At faciam ut nó-
ueris:
gnús, rubicundus, críspus, crassus, caésius,
láuerosa fácie. Par. Di illum pérduint.
id, sí non ueniet? máneamne usque ad uésperum?
uéto: curre. Par. Nón queo: ita deféssus sum.
ábiit. quid agam infélix? prorsus néscio
› pácto hoc celem, quód me orauit Mýrrina,
ıe gnátae partum: nám me miseret múlieris.
›d pótero faciam, támen ut pietatém colam:
n mé parenti *pótius* quam amori óbsequi

Opórtet. attat éccum Phidippum ét patrem
Video: hórsum pergunt. quíd dicam hisce, in sum.

LACHES. PHIDIPPVS. PAMPHILVS.

III 5 LA. Díxtin dudum illám dixisse, se éxpectare filiu
PH. Fáctum. LA. Venisse áiunt: redeat. PA. Quám sam dicám patri,
Quam óbrem non reddúcam, nescio. LA. Qué hic audiuí loqui?
PA. Cértum offirmare ést uiam me quám decreui p qui.
LA. Ípsus est de quo hóc agebam técum. PA. Salu pater.
LA. Gnáte mi, salué. PH. Bene factum te áduenisse, phile:
Átque adeo, quod máxumumst, saluom átque dum. PA. Créditur.
LA. Áduenis modo? PA. Ádmodum. LA. Cedo, qu liquit Phánia
Cónsobrinus nóster? PA. Sane hercle hómo uol óbsequens
Fúit, dum uixit: ét qui sic sunt, haúd multu redém iuuant,
Síbi uero hanc laudém relinquont 'uíxit, dum bene.'
LA. Túm tu igitur nil áttulisti huc plús una *hac* s tia?
PA. Quídquid est id, quód reliquit, prófuit. LA. óbfuit:
Nám illum uiuom et sáluom uellem. PH. Inpúne istúc licet:

reuiuiscét iam numquam, et támen utrum malís scio.
Philumenam ád se arcessi hic iússit. dic iussísse te.
fodere. iússi. La. Sed eam iám remittet. Ph. Scílicet.
ıem rem scio út sit gesta: aduéniens audiuí modo.
stos inuidós di perdant, qui haéc lubenter núntiant.
me scio caulsse, ne ulla mérito contumélia
i a uobis pósset: idque sí nunc memorare híc uelim,
m fideli animo ét benigno in íllam et clementí fui,
e possum: ní te ex ipsa haec mágis uelim rescíscere:
ıque eo pacto máxume apud te méo erit ingenió fides,
m illa, quae nunc ín me iniquast, aéqua de me díxerit.
ue mea culpa hóc discidium euénisse, id testór deos.
quando sese ésse indignam députat, matrí meae
é concedat *h*uíusque mores tóleret sua modéstia,
ue alio pactó potest compóni inter eas grátia:
reganda aut máter a me est, Phídippe, aut Philúmena.
c me pietas mátris potius cómmodum suadét sequi.
ıphile, haud inuíto ad auris sérmo mi accessít tuos,
m te postputásse omnis res praé parente intéllego:

Vérum uide ne inpúlsus ira práue insistas, Pám-
PA. Quíbus iris inpúlsus *tandem* núnc in illam in-
siem?
Quae númquam quicquam ergá me commeritást, p
Quod nóllem, et saepe méritam quod uellém sci
Amóque et laudo et uémenter desídero:
Nam fuísse erga me míro ingenio expértus sum,
Illíque exopto ut rélicuam uitam éxigat
Cum eó uiro, me quí sit fortunátior,
Quandóquidem illam a me dístrahit necéssitas.
PH. Tibi id ín manust ne fíat. LA. Si sanús sies,
Iube illám redire. PA. Nón est consiliúm, pater:
Matrís seruibo cómmodis. LA. Quo abís? mane,
Mane, ínquam: quo abis? PH. Quae haéc est p
nácia?
LA. Dixín, Phidippe, hanc rem aégre laturum ésse e
Quam obrém te orabam, fíliam ut remítteres.
PH. Non crédidi edepol ádeo inhumanúm fore:
Ita núnc is sibi me súpplicaturúm putat.
Si est út uelit reddúcere uxorém, licet:
Sin áliost animo, rénumeret dotem húc, eat
LA. Ecce aútem tu quoque próterue iracúndus es.
PH. Percóntumax redísti huc nobis, Pámphile.
LA. Decédet iam ira haec, étsi merito irátus est.
PH. Quia paúlum uobis áccessit pecúniae,
Subláti animi sunt. LA. Étiam mecum lítigas?
PH. Delíberet renúntietque hodié mihi,
Velítne an non: ut álii, si huic non ést, siet.
LA. Phidíppe, ades, audi paúcis. abiit. quíd mea?
Postrémo inter se tránsigant ipsi, út lubet,
Quandó nec gnatus néque hic mi quicquam obtém-
rant,

Quae díco parui péndunt. porto hoc iúrgium
Ad uxórem, quoius haec fiunt consilio ómnia,
Atque ín eam hoc omne quód mihi aegrest éuomam.

### Myrrina. Phidippvs.

IV 1

Périi, quid agam? quó me uortam? quíd uiro meo réspondebo
Mísera? nam audiuísse uocem púeri uisust uágientis:
Íta corripuit dérepente tácitus sese ad fíliam.
Quód si rescierít peperisse eam, íd qua causa clám me habuisse
Dícam, non edepól scio.
Sed óstium concrépuit. credo ipsum ád me exire: núlla sum.
Vxor ubi me ad fíliam ire sénsit, se duxít foras:
Atque éccam. quid aïs, Mýrrina? heus tibi díco. My. Mihine, mí uir?
Vír ego tuos sim? tú uirum me aut hóminem deputás adeo esse?
Nám si utrumuis hórum, mulier, úmquam tibi uisús forem,
Nón sic ludibrió tuis factis hábitus essem. My. Quíbus? Ph. At rogitas?
Péperit filia? hém, taces? ex quo? My. Istúc patrem rogáre est aequom?
Périi: ex quo censés nisi ex illo quoí datast nuptum óbsecro?
Crédo: neque adeo árbitrari pátris est aliter. séd demiror,
Quíd sit quam obrem tánto opere omnis nós celare uólueris

Pártum, praesertím quom et recte et témpori i pépererit.
Ádeon peruicáci esse animo, ut púerum praeopta perire,
Éx quo firmiórem inter nos fóre amicitiam póst scires,
Pótius quam aduorsum ánimi tui lubídinem esset c íllo nupta!
Égo etiam illorum ésse hanc culpam crédidi, quae ést penes.
My. Mísera sum. Ph. Vtinam sciam ita esse istuc. nunc mi in mentém uenit
De hác re quod locúta es olim, quom íllum gener cépimus:
Nám negabas núptam posse fíliam tuam té pati
Cúm eo qui meretrícem amaret, quí pernocta foris.
My. Quámuis causam hunc súspicari quam ípsam uer máuolo.
Ph Múlto prius sciuí quam tu illum amícam habe Mýrrina:
Vérum id uitium númquam decreui ésse ego a lescéntiae:
Nám id innatumst. át pol iam aderit, sé quoque eti quom óderit.
Sed ut ólim te ostendísti, eadem esse níl cessa úsque adhuc,
Vt fíliam ab eo abdúceres neu quód ego egissem sét ratum.
Id núnc res indicium haéc facit, quo pácto fact uólueris.
*My.* *Ádeon* me esse péruicacem cénses, quoi matér si

Vt eo essem animo, si éx usu esset nóstro hoc matrimónium?
Tún prospicere aut iúdicare nóstram in rem quod sít potes?
Aúdisti ex aliquó fortasse, quí uidisse eum díceret
Éxeuntem aut íntro euntem ad amícam. quid tum póstea?
Sí modeste ac ráro hoc fecit, nónne dissimuláre nos
Mágis humanumst quám dare operam id scíre, qui nos óderit?
Nám si is posset áb ea sese dérepente auéllere,
Quícum tot consuésset annos, nón eum hominem dúcerem
Néc uirum satis fírmum gnatae. My. Mítte adulescentem óbsecro
Ét quae me peccásse aïs. abi, sólum solus cónueni,
Róga uelitne an nón uxorem: si ést ut dicat uélle se,
Rédde: sin est aútem ut nolit, récte ego consuluí meae.
Síquidem ille ipse nón uolt et tu sénsti esse in eo, Mýrrina,
Péccatum: aderam, quoíus consilio pár ea fuerat próspici.
Quam óbrem incendor íra, esse ausam fácere haec te iniussú meo:
Ínterdico ne éxtulisse extra aédis puerum usquám uelis.
Séd ego stultiór, meis dictis párere hanc qui póstulem.
Íbo intro atque edícam seruis, né quoquam ecferrí sinant.
My. Nullám pol credo múlierem me míseriorem uíuere.

Nam ut híc laturus hóc sit, si ipsam rem út si scíuerit,
Non édepol clam me est, quom hóc quod leuius animo irató tulit:
Nec quá uia senténtia eius póssit mutarí scio.
Hoc mi únum ex plurimís miseriis rélicuom malum,
Si púerum ut tollam cógit, quoius nos quí sit mús pater:
Nam quóm compressast gnáta, forma in ténebris nón quitast:
Neque détractum eï est quícquam, qui post nosci quí siet:
Ipse éripuit ui, in dígito quem habuit, uírgini ánulum.
Simul uéreor Pamphilúm ne orata nóstra ne diútius
Celáre, quom sciét alienum púerum tollí pró

# ACTVS IIII.

SOSTRATA. PAMPHILVS.

Non clám me est, gnate mí, tibi esse súspectum, uxorém tuam IV 2
Proptér meos mores hínc abisse, etsi éa dissimulas sédulo:
Verum íta me di ament ítaque obtingant éx te quae exoptó mihi,
Vt númquam sciens commérui, merito ut cáperet odium illám mei:
Teque ánte quod me amáre rebar, eí rei firmastí fidem:
Nam mi íntus tuos patér narrauit módo, quo pacto me hábueris
Praepósitam amori tuó: nunc tibi me cértumst contra grátiam
Reférre, ut apud me praémium esse pósitum pietatí scias.
Mi Pámphile, hoc et uóbis et meae cómmodum famae árbitror:
Ego rús abituram hinc cúm tuo me [esse] cérto decreuí patre,
Ne méa praesentia óbstet neu causa úlla restet rélicua,

Quin túa Philumena ád te redeat. Pa. Quaéso q istuc cónsilist?
Illíus stultitia uícta ex urbe tú rus habitatúm migr
Haud fácies, neque sinam út qui nobis, máter, ma dictúm uelit,
Mea pértinacia ésse dicat fáctum, haud tua modést
Tum tuás amicas te ét cognatas déserere et fe .dies
Mea caúsa nolo. So. Nîl pol iam istaec míhi res u luptatís ferunt:
Dum aetátis tempus túlit, perfuncta sátis sum: sat iám tenet
Studiórum istorum: haec míhi nunc curaest máxu ut nequoí mea
Longínquitas aetátis obstet, mórtemue expec meam.
Hic uídeo me esse inuísam inmerito: témpus est co cédere.
Sic óptume, ut ego opínor, omnis caúsas praecid ómnibus:
Et me hác suspitióne exoluam et íllis morem gé sero.
Sine me óbsecro hoc ecfúgere, uolgus quód male a dit múlierum.
Pa. Quam fórtunatus céteris sum rébus, absque una h foret,
Hanc mátrem habens talem, íllam autem uxore So. Óbsecro, mi Pámphile,
Non túte incommodám rem, ut quaequest, ín animu inducés pati?
Si cétera ita sunt út uis itaque ut ésse ego illa exís tumo,

áte, da ueniam hánc mihi, reddúce illam. Pa. *Ei* miseró mihi.
ıi quidem: nam haec rés non minus me 'mále habet quam te, gnáte mi.

ACHES. SOSTRATA. PAMPHILVS.

cum ístoc sermonem hábueris, procul hínc stans accepi, úxor. IV 3
est sapere, qui úbi quomque opus sit ánimum possis fléctere.
[ faciendum sit post fortasse, idem hoc nunc si feceris]
fuat pol. La. Ábi rus ergo hinc: íbi ego te et tu mé feres.
› ecastor. La. Í ergo intro et compóne quae tecúm simul
ıtur: dixi. So. Ita út iubes faciám. Pa. Pater.
uis, Pamphile? Pa. Hínc abire mátrem? minume. La. Quíd ita istuc uis?
de uxore incértus sum etiam quíd sim facturús. La. Quid est?
uis facere nísi redducere? Pa. Équidem cupio et uíx contineor:
non minuam meúm consilium: ex úsu quod est, id pérsequar:
o ea gratiá concordes mágis, si redducám, fore.
ias: uerúm tua re fért nil, utrum illaec fécerint,
ıdo haec aberit. ódiosa haec est aétas adulescéntulis.
edio aequom excédere est; postrémo nos iam fábula

Sumus, Pámphile, 'senex átque anus.'
Sed uídeo Phidippum égredi per témpus: accedám

Phidippvs. Laches. Pamphilvs.

IV 4 Ph. Tibí quoque edepol sum íratus, Philúmena,
Grauitér quidem. nam hercle ábs te factumst tú-
piter:
Etsí tibi causa est de hác re: mater te ínpulit:
Huic uéro nulla est. La. Ópportune té mihi,
Phidíppe, in ipso témpore ostendís. Ph. Quid est?
Pa. Quid réspondebo his? aút quo pacto hoc óperiam?
La. Dic fíliae rus cóncessuram hinc Sóstratam:
Ne réuereatur, mínus iam quo redeát domum. Ph.
Ah:
Nullám de his rebus cúlpam commeruít tua:
A Mýrrina haec sunt méa uxore exorta ómnia:
Pa. Mutátio fit. Ph. éa nos perturbát, Laches.
Pa. Dum né redducam: túrbent porro quám uelint.
Ph. Ego, Pámphile, esse intér nos, si fierí potest,
Adfínitatem hanc sáne perpetuám uolo:
Sin ést ut aliter túa siet senténtia,
Accípias puerum. Pa. Sénsit peperisse: óccidi.
La. Puerúm? quem puerum? Ph. Nátus est nobís nepos
Nam abdúcta a uobis praégnas fuerat fília,
Neque fuísse praegnatem úmquam ante hunc sci-
diem.
La. Bene, íta me di ament, núntias: et gaúdeo
Natum íllum et tibi illam sáluam. sed quid múlieris
Vxórem habes aut quíbus moratam móribus!
Nosne hóc celatos tám diu! nequeó satis,
Quam hoc míhi uidetur fáctum praue, próloqui.
*Ph. Non tíbi* illud factum mínus placet quam míhi, Laches

ludum fúerat ambiguom hóc mihi,
est, quom eam séquitur alienús puer.
, Pamphile, híc iam consultátiost.
. Húnc uidere saépe optabamús diem,
te ésset aliquis, quí te appellarét patrem:
.abeo grátiam dis. Pa. Núllus sum.
xorem ac nóli aduorsarí mihi.
ex me illa líberos uellét sibi
ıe mecum núptam, satis certó scio,
me haberet quód celasse intéllego.
n éius alienum á me esse animum séntiam
ıenturum intér nos posthac árbitror),
ém redducam? La. Máter quod suasít sua,
ıs mulier fécit. mirandúmne id est?
posse réperire ullam múlierem,
at culpa? an quí non delincúnt uiri?
.dete iám, Laches et tu Pámphile,
opus sit uóbis redductán domum:
re uobis dífficultas á me erit.
. faciat, ín manu non ést mea.
faciemus púero? La. Ridiculé rogas:
futurumst, huíc suom reddas scílicet,
nostrum. Pa. Quem ípse neglexít pater,
? La. Quid dixti? eho an nón alemus, Pám-
phile?
: quaeso pótius? quae haec améntiast?
ɔ prorsus iám tacere nón queo.
ı ea quae nólo ut praesente hóc loquar.
ıenses tuárum lacrumarum ésse me?
sit id quod sóllicitere ad húnc modum?
ıánc ubi dixti caúsam, te propter tuam
ıon posse habére hanc uxorém domi:

Pollícitast ea se cóncessuram ex aédibus.
Nunc póstquam ademptam hanc quóque tibi causam uides,
Puér quia clam te est nátus, nactus álteram es.
Errás, tui animi sí me esse ignarúm putas.
Aliquándo tandem huc ánimum ut adiungás tuom,
Quam lóngum spatium amándi amicam tibi dedi!
Sumptús quos fecisti ín eam quam animo aequó tuli!
Egí átque oraui técum uxorem ut dúceres,
Tempús dixi esse: inpúlsu duxistí meo.
[Quae tum obsecutus mihi fecisti ut decuerat]
Nunc ánimum rursum ad méretricem induxtí tuom
[Cui tu obsecutus facis huic adeo iniuriam]
Nam in eándem uitam té reuolutum dénuo
Video ésse. Pa. Mene? La. Te ípsum: et facis iniuriam.
Confíngis falsas caúsas ad discórdiam,
Vt cum ílla uiuas, téstem hanc quom abs te amoueris:
Sensítque adeo uxor. nam eí causa alia quaé fuit,
Quam obrem ábs te abiret? Ph. Pláne hic diuinat, nam id est.
Pa. Dabo iús iurandum níl esse istorúm tibi. La. Ah,
Reddúc uxorem, aut quam óbrem non opus sít cedo.
Pa. Non ést nunc tempus. La. Púerum accipias: nam is quidem
In cúlpa non est: póst de matre uídero.
Pa. Omníbus modis misér sum nec quid agám scio:
Tot mé nunc rebus míserum concludít pater.
Abíbo hinc, praesens quándo promoueó parum.
Nam púerum iniussu crédo non tollént meo,
Praesértim in ea re quóm sit mi adiutríx socrus.

hém, nec quicquam cérti respondés mihi?
i uidetur ésse apud sesé? sine:
, Phidippe, míhi cedo: ego alam. Ph. Máxume.
um fecit mea úxor, si hoc aegré tulit:
mulierés sunt, non facile haéc ferunt.
ea haec irast: nam ípsa narrauít mihi:
ióc praesente tíbi nolueram dícere:
llí credebam prímo: nunc uerúm palamst.
níno abhorrere ánimum huic uideo a núptiis.
go agam, Phidíppe? quid das cónsili?
is? meretricem hanc prímum adeundam cénseo.
: accusémus: grauius dénique
ur, si cum illo hábuerit rem póstea.
út mones. eho púere, curre ad Bácchidem hanc
nostram: huc éuoca uerbís meis.
o porro in hác re adiutor sís mihi. Ph. Ah,
um dixi idémque nunc dicó, Laches:
adfinitátem hanc inter nós uolo,
modo est ut póssit: quod speró fore.
adesse me úna, dum istam cónuenis?
i uero, aliquam púero nutricém para.

is (cvm dvabvs ancillis). Laches.

de nilost, quód Laches me núnc conuentam esse éxpetit: V 1
me multum fállit, quin quod súspicor sit quód uelit.
mst ne minus própter iram hinc ínpetrem quam póssiem,

18

Aut néquid faciam plús, quod post me mín cisse sátius sit.
Adgrédiar. Bacchis, sálue.
BA. Salué, Laches. LA. Credo édepol te non níl Bácchis,
Quid sít quapropter te húc foras puerum é iússi.
BA. Ego pól quoque etiam tímida sum, quom ué mentem quaé sim,
Ne nómen mi obstet quaéstuis: nam móres tútor.
LA. Si uéra dicis, níl tibi est a mé pericli, múli
Nam iam aétate ea sum, ut nón siet peccá ignosci aéquom:
Quo mágis omnis res caútius ne témere facia cúro.
Nam sí facis factúraue es, bonás quod par est fa
Inscítum offerre iniúriam tibi ínmerenti iníquom
BA. Est mágna*m* ecastor grátia*m* de istác re qu*o* hábeam:
Nam quí post factam iniúriam se expúrget, mi prósit.
Sed quíd istuc est? LA. Meúm receptas fíliu te Pámphilum. BA. Ah.
LA. Sine dícam: uxorem hanc príus quam duxit, uó amorem pértuli.
Mané: non dum etiam díxi id quod uolui. híc habet uxórem:
Quaére alium tibi fírmiorem, dúm tibi tempus sulendi est:
Nám neque ille hoc animo érit aetatem, néqu tu eadem ísta aetate.

aït? La. Socrus. Ba. Méne? La. Te ipsam: et fíliam abduxít suam,
ıque ob eam rém clam uoluit, nátus qui est, extínguere.
l scirem, quí firmare méam apud uos possém fidem,
s quam iús iurandum, id póllicerer tíbi, Laches,
ıtum habuísse, uxorem ut dúxit, a me Pámphilum.
es. sed scin, quíd uolo potius sódes facias? Ba. Quíd? cedo.
mulierés huc intro atque ístuc ius iurándum idem
ıre illís. exple animum eis téque hoc crimine éxpedi.
quod pol, si ésset alia ex hóc quaestu, haud facerét, scio,
ali caúsa nuptae múlieri se osténderet.
lo esse fálsa fama gnátum suspectúm tuom,
ıiorem uóbis, quibus est mínume aequom, eum uidérier
o: nam méritus de me est, quód queam illi ut cómmodem.
beniuolúmque lingua túa iam tibi me réddidit:
ın sunt solae árbitratae haec: égo quoque etiam crédidi.
uam ego te esse praéter nostram opínionem cómperi,
lem ut sis pórro: nostra utére amicitia, út uoles:

Áliter si fácies — ne reprimam, ne aégre qu
ex me aúdias.
Vérum hoc te moneo únum, amícus quális :
quid póssiem
Pótius quam inimícis. periclum fácias.

PHIDIPPVS (CVM NVTRICE). LACHES. BA
(CVM ANCILLIS).

V 2 PH. Nil apud :
Déferi patiár, quin quod opus sít benign
beatur.
Séd quom tu eris sátura atque ebria, út pa
sit facito.
LA. Nostér socer, uideó, uenit: pueró nutricem a
Phidíppe, Bacchis déierat persáncte. PH. I
east? LA. Haéc est.
PH. Nec pól istae metuont deós, neque has re
deos opínor.
BA. Ancíllas dedo: quólubet cruciátu per me ex
Haec rés hic agitur: Pámphilo me fácere ut
úxor
Opórtet: quod si *effécero*, non paénitet me fár
Solám fecisse id quód aliae meretríces facer
tant.
LA. Phidíppe, nostras múlieres suspéctas fuisse
Nobís in re ipsa inuénimus: porro hánc nu
periámur.
Nam sí compererit crímini tua se úxor cred
Missam íram faciet: sín, ut est, ob eám ren
gnátust,
Quod péperit uxor clam, íd leuest: cito áb e
íra abscédet.

Profécto in hac re nīl malist, quod sít discidio dígnum.
Velím quidem hercle. La. Exquíre: adest: quod sátis sit, faciet ípsa.
Quid mi ístaec narras? án quia non túte dudum audísti,
De hac re ánimus meus ut sít, Laches? illís modo explete ánimum.
Quaeso édepol, Bacchis, quód mihi es pollícita tute ut sérues.
Ob eám rem uin ergo íntro eam? La. I, exple ánimum eis, coge ut crédant.
Eo, etsí scio pol eís fore meum cónspectum inuisum hódie:
Nam núpta meretrici hóstis est, a uíro ubi segregátast.
At haéc amicae erúnt, ubi quam obrem aduéneris rescíscent:
H. At easdem amicas fore tibi promitto, rem ubi cognorint:]
Nam íllás errore et té simul suspítione exólues.
Perií, pudet Philúmenae: me séquimini intro huc ámbae.
Quid est quód mihi malim quám quod huic intéllego eueníre,
Vt grátiam ineat síne suo dispéndio et mihi prósit?
Nam si ést ut haec nunc Pámphilum uere áb se segregárit,
[Scit sibi nobilitatem ex eo et rem natam et gloriam esse]
Referét gratum eī unáque nos sibi ópera amicos iúnget.

# ACTVS V.

PARMENO. BACCHIS.

V 3 PA. Édepol ne meam érus esse operam députat ] preti,
Qui ób rem nullam mísit, frustra ubi tótum d( diem,
Myconium hospitém dum expecto in árce Cal midem.
Ítaque ineptus hódie dum illi sédeo, ut quisqu( nerat,
Áccedebam: 'aduléscens, dice dúm quaeso, ( Mýconius?'
"Nón sum." 'at Callidémides?' "non." 'hósp ecquem Pámphilum
Híc habes?' omnés negabant: néque eum quem( esse árbitror.
Dénique hercle iám pudebat: ábii. sed quid Bá dem
Áb nostro adfine éxeuntem uídeo? quid hui( est reï?
BA. Pármeno, opportúne te offers: própere curr Pámphilum.
PA. Quíd eo? BA. Dic me oráre ut ueniat. PA. Ád te? Immo ad Philúmenam.
PA. Quíd reï est? BA. Tua quód nil re fert, pérco désinas.

.d dicam? Ba. Étiam: cognosse ánulum illum Mýrrinam
suae fuísse, quem ipsus ólim dederat míhi. Pa. Scio.
ıne est? Ba. Tantum: áderit continuo, hóc ubi ex te audíerit.
ısas? Pa. Minume équidem: nam hodie míhi potestas haúd datast:
sando atque ámbulando tótum hunc contriuí diem.
m óbtuli aduentú meo laetítiam Pamphilo hódie!
ómmodas res áttuli! quot aútem ademi cúras!
ı eí restituo, paéne qui harum ipsíusque opera périit:
ı, quam numquámst ratus posthác se habiturum, réddo:
suspectus suó patri et Phidíppo fuit, exólui:
:o his rebus ánulus fuit ínitium inueniúndis.
émini abhinc mensís decem fere ád me nocte príma
ere anhelantém domum sine cómite, uini plénum,
›c ánulo: extimui ílico: 'mi Pámphile,' inquam 'amábo,
ıanimatu's óbsecro? aut unde ánulum istum náctu's?
' ílle alias res ágere se simuláre. postquam [id] uídeo,
quid suspicárier, magis coépi instare ut dícat.
é fatetur ui ín uia nesció quam compressísse
: *sese illi ánulum*, dum lúctat, detraxisse

Eum haéc cognouit Mýrrina in dígito modo me bénte:
Rogat únde sit: narro ómnia haec: indést co fácta,
Philúmenam compréssam esse ab eo et fílium hunc nátum.
Haec tót propter me gaúdia illi cóntigisse laétor:
Etsi hóc meretrices áliae nolunt: néque enim es rem nóstram,
Vt quísquam amator núptiis laetétur. uerum ec
Numquam ánimum quaesti grátia ad malás add pártis.
Ego dum íllo licitumst úsa sum benígno et lepid cómi.
Incómmode mihi núptiis euénit: factum fáteor:
At pól me fecisse árbitror, ne id mérito mi euen
Multa éx quo fuerint cómmoda, [eius] incómm aequomst férre.

Pamphilvs. Parmeno. Bacchis.

V 4 Pam. Víde, mi Parmeno, étiam sodes, út mi haec ce et clára attuleris,
Né me in breue conícias tempus gaúdio hoc fa frui.
Par. Vísumst. Pam. Certen? Par. Cérte. Pam. Deus s si hóc itast. Par. Verum réperi
Pam. Máne dum sodes: tímeo ne aliud crédam atque ali núnties.
Par. Máneo. Pam. Sic te opínor dixisse, ínuenisse Mý rinam
Bácchidem anulúm suom habere. Par. Fáctum. P Eum quem olim ei dedi

: hoc te mihi núntiare iússit: itane est fáctum? Par. Ita inquam.
me est fortunátior uenustátisque adeo plénior?
: te pro hoc núntio quid dónem? quid? quid? néscio.
o scio. Pam. Quid? Par. Níl enim:
neque in nuntió neque in me ipso tíbi boni quid sít scio.
qui ab orco mórtuom me réducem in lucem féceris
ı sine munere á me abire? ah nímium me ingratúm putas.
Bácchidem eccam uídeo stare ante óstium:
xpéctat credo: adíbo. Ba. Salue, Pámphile.
cchis, o mea Bácchis, seruatríx mea.
fáctum et uolup est. Pam. Fáctis ut credám facis:
uamque adeo tuám uenustatem óbtines,
oluptati óbitus, sermo túos, quo quomque aduéneris,
ér sit. Ba. Ac tu ecástor morem antíquom atque ingenium óbtines,
ıus omnium hómo te uiuat númquam quisquam blándior.
haé, tun mi istuc? Ba. Récte amasti, Pámphile, uxorém tuam:
númquam ante hunc diém meis oculis eám, quod nossem, uíderam:
beralis uísast. Pam. Dic uerum. Ba. Íta me di ament, Pamphile.
ıi, hárum rerum númquid dixti meó patri? Ba. Nil. Pam. Néque opus est

Adeó muttito. plácet non fieri hoc ítidem ut moédiis,
Omnia ómnes ubi resciscunt. hic quos fúer rescíscere
Sciúnt: quos non autem aéquomst scire, né sciscent néque scient.
BA. Ímmo etiam qui hoc óccultari fácilius credás
Mýrrina ita Phidíppo dixit, iúri iurandó meo
Sé fidem habuisse ét propterea té sibi purgat PAM. Óptumest:
Spéroque hanc rem esse éuenturam nóbis ex téntia.
PAR. Ére, licetne scíre ex te hodie, quíd sit quod boni?
Aút quid istuc est quód uos agitis? PAM. Nón l PAR. Tamen súspicor.
Ego húnc ab orco mórtuom? quo pácto? PAM. Ne Pármeno,
Quantum hódie profuerís mihi et ex quánta aeru extráxeris.
PAR. Immó scio, neque hóc inprudens féci. PAM. Ego i sátis scio.
BA. An témere quicquam Pármeno praetéreat quod úsus sit?
PAM. Séquere me intro, Pármeno. PAR. Sequor: équ plus hodié boni.
Féci inprudens quám sciens ante húnc diem quam. CANTOR. Plaúdite.

## METRA HVIVS FABVLAE HAEC SVNT

1 ad 197 iambici senarii
198 ad 204 iambici octonarii
205 et 206 iambici senarii
207 ad 215 iambici octonarii
216 iambicus senarius
217 ad 242 trochaici septenarii
243 ad 273 iambici septenarii
274 ad 280 trochaici septenarii
281 trochaicus octonarius
282 et 283 trochaici septenarii
284 trochaicus octonarius
285 ad 288 trochaici septenarii
289 ad 291 trochaici octonarii
292 trochaicus septenarius
293 ad 324 iambici octonarii
325 et 326 iambici septenarii
327 ad 335 iambici senarii
336 ad 360 iambici septenarii
361 ad 408 trochaici septenarii
409 ad 450 iambici senarii
451 ad 485 trochaici septenarii
486 ad 515 iambici senarii
516 517 519 trochaici octonarii
518 trochaicus septenarius
520 trochaicus dimeter catalecticus
521 iambicus octonarius
522 trochaicus septenarius
523 iambicus septenarius
24 526 527 trochaici octonarii
25 et 528 trochaici septenarii
29 532 ad 534 trochaici octonarii
30 et 531 535 ad 543 trochaici septenarii
44 *ad 546 iambici octonarii*

V. 547 ad 565 trochaici septenarii
- 566 ad 606 iambici octonarii
- 607 iambicus septenarius
- 608 iambicus octonarius
- 610 et 611 trochaici septenarii
- 612 iambicus senarius
- 613 et 615 trochaici octonarii
- 614 616 ad 620 trochaici septenarii
- 621 iambicus quaternarius
- 622 iambicus septenarius
- 623 ad 726 iambici senarii
- 727 ad 730 iambici octonarii
- 731 iambicus dimeter catalecticus
- 732 ad 742 iambici septenarii
- 743 et 744 iambici octonarii
- 745 iambicus septenarius
- 746 et 747 trochaici octonarii
- 748 ad 767 trochaici septenarii
- 768 et 769 trochaici octonarii
- 770 ad 798 iambici septenarii
- 799 ad 815 trochaici septenarii
- 816 ad 840 iambici septenarii
- 841 trochaicus octonarius
- 842 ad 846 trochaici septenarii
- 847 trochaicus octonarius
- 848 et 849 trochaici septenarii
- 850 trochaicus dimeter catalecticus
- 851 et 852 trochaici septenarii
- 853 iambicus octonarius
- 854 ad 858 iambici senarii
- 859 ad 868 iambici octonarii
- 869 ad 874 trochaici septenarii
- 875 ad 878 iambici octonarii
- 879 et 880 trochaici septenarii.

# P. TERENTI

# A D E L P H I.

---

ꞁECA · MENANDRV · ACTA · LVDIS · FVNERALIBVS
:IO · AEMILIO · PAVLO · QVOS · FECERE
?ABIVS · MAXVMVS · P · CORNELIVS · AFRICANVS
;RE · L · ATILIVS · PRAEN · L · AMBIVIVS · TVRPIO
ꞁOS · FECIT · FLACCVS · CLAVDI · TIB · SERRANIS · TOTA
:TA · SEXTA · M · CORNELIO · CETHEGO · L · GALLO · COS

## C. SVLPICI APOLLINARIS PERIOCHA.

Duós cum haberet Démea adulescéntulos,
Dat Mícioni frátri adoptandum Aéschinum,
Sed Ctésiphonem rétinet. hunc citharístriae
Lepóre captum súb duro ac tristí patre
Fratér celabat Aéschinus: famám reĩ
*Ex frátre* in sese tránsferebat: dénique
Fidícinam lenoni éripit. uitiáuerat
Idem Aéschinus ciuem Átticam paupérculam
Fidémque dederat hánc sibi uxorém fore.
Deméa iurgare, gráuiter ferre: móx tamen,
Vt uéritas patefácta est, ducit Aéschinus
Vitiátam, potitur Ctésipho citharístriam.

---

### PERSONAE.

MICIO SENEX
DEMEA SENEX
SANNIO LENO
AESCHINVS ADVLESCENS
SYRVS SERVOS
CTESIPHO ADVLESCENS
SOSTRATA MATRONA
CANTHARA NVTRIX
GETA SERVOS
HEGIO SENEX
PAMPHILA VIRGO
DROMO SERVOS.

## PROLOGVS.

m poëta sénsit scripturám suam
uis obseruári et aduorsários
ín peiorem pártem quam acturí sumus:
de sese ípse erit, uos iúdices,
an uitio dúci id factum opórteat.
hnescontes Díphili comoédiast:
mmorientis Plaútus fecit fábulam.
ca adulescens ést, qui lenoni éripit
cem in prima fábula: eum Plautús locum
integrum. eum híc locum sumpsít sibi
phos, uerbum dé uerbo expressum éxtulit.
s acturi súmus nouam: pernóscite
ne factum exístumetis án locum
ium, qui praetéritus neglegéntiast.
ód isti dicunt máliuoli, homines nóbilis
iutare adsídueque una scríbere:
lí maledictum uémens esse exístumant,
idem hic ducit máxumam, quom illís placet,
is uniuórsis et populó placent,
ópera in bello, in ótio, in negótio
sque tempore úsust sine supérbia.
ne éxpectetis árgumentum fábulae:
ui primi uénient, ei partem áperient,
lo partem osténdent. facite aequánimitas
* * * * * *
ad scribendum aúgeat indústriam.

# ACTVS I.

## Micio.

I 1 Storáx. non rediit hác nocte a cena Aéschinus
Neque séruolorum quísquam, qui aduorsum fer
Profécto hoc uere dícunt: si absis úspiam,
[Aut ibi si cesses] éuenire ea sátius est
Quae in te úxor dicit [et quae in animo cogitat]
Iráta quam illa quaé parentes própitii.
Vxór, si cesses, aút te amare cógitat
Aut téte amari aut pótare atque animo óbsequi.
[Et tíbi bene esse, sóli sibi quom sít male.]
Ego quía non rediit fílius quae cógito!
Quibus núnc sollicitor rébus! ne aut ille álserit
Aut céciderit *aliqua átque* aliquid praefrégerit.
Vah, quémquamne hominem in ánimum instit
aút *sibi*
Paráre quod sit cárius quam ipse ést sibi!
Atque éx me hic natus nón est, sed fratre éx meo.
Dissímili is studiost iam índe ab adulescéntia.
Ego hánc clementem uítam urbanam atque ótium
Secútus sum et, quod fórtunatum istí putant,
Vxórem numquam habui. ílle contra haec ómnia
Ruri ágere uitam: sémper parce ac dúriter
Se habére: uxorem dúxit: nati fílii
*Duo*: índe ego hunc maiórem adoptauí mihi:

ıaruolo, hábui, amaui pró meo;
oblecto: sólum id est carúm mihi.
:m contra me hábeat facio sédulo:
termitto: nón necesse habeo ómnia
iure agere: póstremo, alii clánculum
ıae faciunt, quaé fert adulescéntia,
: celet cónsuefeci fílium.
mentiri aut fállere insuerít patrem,
: tanto mágis audebit céteros.
t liberálitate líberos
satius ésse credo quám metu.
ri mecum nón conueniunt néque placent.
me saepe clámans ‘quid agis, Mício?
dis adulescéntem nobis? quór amat?
ıt? quor tu his rébus sumptum súggeris?
imio indúlges: nimium inéptus es.’
pscst durus praéter aequomque ét bonum:
.onge meá quidem senténtia,
ium credat gráuius esse aut stábilius,
ìt, quam illud quód amicitia adiúngitur.
:st ratio et síc animum inducó meum:
ctus quí suom officiúm facit,
éscitum iri crédit, tantispér pauet:
fore clam, rúrsum ad ingeniúm redit.
beneficio adiúngas ex animó facit,
.r referre, praésens absensque ídem erit.
umst, potius cónsuefacere fílium
.e recte fácere quam alienó metu:
: ac dominus ínterest: hoc quí nequit,
nescire ínperare líberis.
hic ipsus, dé quo agebam? et cérte is est.
ıid *tristem* uídeo: credo iam, út solet,

Iurgábit. saluom te áduenire, Démea,
Gaudémus.

DEMEA. MICIO.

I 2 De. Ehem opportúne: te ipsum q
Mi. Quid trístis es? De. Rogás me? ubi nobis Aés
Scin iám quid tristis égo sim? Mi. Dixin hó
Quid fécit? De. Quid ille fécerit? quem néq
Quicquám, nec metuit quémquam, neque putat
Tenére se ullam. nam ílla quae antehac fáct
Omítto: modo quid désignauit? Mi. Quíd nam
De. Forís ecfregit átque in aedis ínruit
Aliénas: ipsum dóminum atque omnem fámil
Mulcáuit usque ad mórtem: eripuit múlieren
Quam amábat. clamant ómnes indigníssume
Factum ésse: hoc aduenıénti quot mihi, Mí
Dixére! in orest ómni populo. dénique,
Si cónferendum exémplumst, non fratrém u
Reï dare operam rúri parcum ac sóbrium?
Nullum húius simile fáctum. haec quom illi,
Dicó, tibi dico: tú illum corrumpí sinis.
Mi. Homine ínperito númquam quicquam iniústi
Qui nísi quod ipse fécit nil rectúm putat.
De. Quorsum ístuc? Mi. Quia tu, Démea, haec dicas.
Non ést flagitium, míhi crede, adulescéntul
Scortári, neque potáre: non est: néque for
Ecfríngere. haec si néque ego neque tu féci
Non síit egestas fácere nos. tu núnc tibi
Id laúdi ducis, quód tum fecisti ínopia?
Iniúriumst: nam si ésset unde id fíeret,

ıs. et illum tú tuom, si essés homo,
ıunc facere, dúm per aetatém licet,
ıam, ubi te expectátum eiecissét foras,
aetáte post facerét tamen.
iter, tu homo ádigis me ad insániam.
flagitium fácere haec adulescéntulum? Mı. Ah,
, ne me obtúndas de hac re saépius.
ium dedísti adoptandúm mihi:
'st factus: síquid peccat, Démea,
cat: ego illi máxumam partém feram.
potat, ólet unguenta: dé meo;
ıbitur a me argéntum, dum erit cómmodum.
erit, fortásse excludetúr foras.
regit: réstituentur; díscidit
resarciétur. et (dis grátia)
haec fiant, ét adhuc non moléstá sunt.
aut desine aút cedo quemuis árbitrum:
in hac re péccare ostendam. Dᴇ. Eí mihi,
e disce ab íllis, qui ueré sciunt.
. illi páter es, consiliís ego.
ulis quicquam? Mı. Áh, si pergis, ábiero.
is? Mı. An ego tótiens de eadem re aúdiam?
nihi. Mı. Et mihi cúraest. uerum, Démea,
aequam utérque partem: tu álterum,
álterum. nam cúrare ambosprópemodum
e illumst quém dedisti. Dᴇ. Ah, Mício.
uidetur. Dᴇ. Quíd istic? tibi si istúc placet,
t perdat péreat, nil ad me áttinet. 134
rbum ullum pósthac . . Mı. Rursum, Démea,
Dᴇ. An non crédis? repeton quém dedi?
alienus nón sum: si obsto . . em, désino.

Vnum uis curem. curo. et est dis grátia,
Quom ita út uolo est: isté tuos ipse séntiet
Postérius: nolo in illum grauius dícere.
Mi. Nec nil neque omnia haéc sunt quae dicit: tamen
Non nil molesta haec súnt mihi: sed osténdere
Me aegré pati illi nólui: nam itást homo:
Quom pláco, aduorsor sédulo et detérreo;
Tamen uíx humane pátitur: uerum si aúgeam
Aut étiam adiutor sim éius iracúndiae,
Insániam profécto cum illo. etsi Aéschinus
Non núllam in hac re nóbis facit iniúriam.
Quam hic nón amauit méretricem? aut quoi nón d
Aliquíd? postremo núper (credo iam ómnium
Taedébat) dixit uélle uxorem dúcere.
Sperábam iam deféruisse adulescéntiam:
Gaudébam. ecce autem de íntegro: nisi quídquid
Volo scíre atque hominem cónuenire, si ápud for

# ACTVS II.

ı. AESCHINVS. (PARMENO. PSALTRIA.)

cro, populáres, ferte mísero atque innocénti auxilium: II 1
enite inopi. Ae. Ótiose, núnciam ilico híc consiste.
respectas? nîl periclist: númquam, dum ego adero, híc te tanget.
istam inuitis ómnibus.
quámst scelestus, nón committet hódie umquam iterum ut uápulet.
ıine, audi, né te ignarum fuísse dicas meórum morum,
ego sum. Ae. Scio. Sa. Át ita, ut usquam fuít fide quisquam óptuma.
uod te postérius purges, hánc iniuriám mihi nolle
m esse, huius non fáciam. crede hoc, égo meum ius pérsequar:
tu uerbis sólues umquam, quód mihi re male féceris.
ego uostra haec 'nóllem factum: dábitur ius iurándum, indignum
se iniuria hác', indignis quom égomet sim acceptús modis.

Ae. Ábi prae strenue ác foris aperi. Sa. Céte nilí facis?
Ae. Í intro nunciam. Sa. Át enim non sinam. Ae illuc, Pármeno:
Nímium istoc abísti: hic propter húnc adsi síc uolo.
Caue núnciam oculos á meis oculis quóqua ueás tuos,
Ne móra sit, si innuerím, quin pugnus cói mala haéreat.
Sa. Istúc uolo ergo ipsum éxperiri. Ae. Em, séru múlierem.
Sa. O indígnum facinus. Ae. Nísi caues, gemin Ei miseró mihi.
Ae. Non ínnueram: uerum ín istam partem pótiu tamen.
I núnciam. Sa. Quid hóc reist? regnumne, A hic tu póssides?
Ae. Si póssiderem, ornátus esses éx tuis uirtúti
Sa. Quid tíbi rei mecumst? Ae. Níl. Sa. Quid? n sim? Ae. Non desídero
Sa. Tetigín tui quicquam? Ae. Si áttigisses, f fortúnium.
Sa. Qui tíbi magis licét meam habere, pró qu gentúm dedi?
Respónde. Ae. Ante aedis nón fecisse erit m conuítium:
Nam sí molestus pérgis esse, iam íntro abri que ibi
Vsque ád necem operiére loris. Sa. Lóris lil Síc erit.

O hóminem inpurum: hicín libertatem áiunt esse aequam ómnibus?
Si sátis iam debacchátus es, leno, aúdi si uis núnciam.
Egon débacchatus sum aútem an tu in me? Ae. Mítte ista atque ad rém redi.
Quam rém? quo redeam? Ae. Iámne me uis dícere id quod ad te áttinet?
Cupio, aéqui modo aliquíd. Ae. Vah, leno iníqua me non uólt loqui.
Lenó sum, perniciés communis, fáteor, adulescéntium,
Periúrus, pestis: támen tibi a me núllast orta iniúria.
Nam hercle étiam hoc restat. Sa. Ílluc quaeso rédi, quo coepisti, Aéschine.
Minís uiginti tú illam emisti? Sa. Lóqueris. Ae. Tibi uortát male.
Argénti tantum dábitur. Sa. Quid? si ego tíbi illam nolo uéndere,
Cogés me? Ae. Minume. Sa. Námque id metui. Ae. Néque uendundam cénseo,
Quae líberast: nam ego líberali illam ádsero causá manu.
Nunc uíde utrum uis: argéntum accipere an caúsam meditarí tuam.
Delíbera hoc, dum ego rédeo, leno. Sa. Pró supreme Iúppiter,
Mínume miror qui ínsanire occípiunt ex iniúria.
Dómo me eripuit, uérberauit: me ínuito abduxít meam:
Hómini misero plús quingentos cólaphos infregít mihi.

[illegible] póstulat [illegible]

[illegible]

[illegible] fiat: [illegible]

[illegible]

[illegible] véndat, sed

[illegible]:

[illegible] fáciet fíco,

[illegible]: [illegible]

[illegible]

[illegible] véndat, [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] adolescéntiam

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] accípia

[illegible]

[illegible] Sinni

[illegible] audir

[illegible] ? Sa. Numqua

[illegible]

[illegible] haec hodie int

[illegible]:

6 [illegible] vapulando, [illegible] verberando, usque ambo d

sumus.

Sy. Tua culpa. Sa. Quid facerem? Sy. Adulescent

rem gestum opórtuit.

Sa. Qui pótui mélius, qui hodie usque os praébui

Age, scis quíd loquar?

ıiam in locó neglegere máxumum interdúmst lucrum: hui,
:sti, si nunc dé tuo iure cóncessisses paúlulum
: ádulescenti mórigerasses, hóminum homo stultíssume,
ón tibi istuc faéneraret. Sa. Égo spem pretio nón emo.
ıuám rem facies: ábi, inescare néscis homines, Sánnio.
o ístuc melius ésse: uerum ego númquam adeo astutús fui,
quídquid possem mállem auferre pótius in praeséntia.
nóui tuom animúm: quasi iam usquam tíbi sint uigintí minae,
huic óbsequare. praéterea autem te áiunt proficiscí Cyprum, Sa. Hem.
ísse hinc quae illuc uéheres multa, náuem conductam: hóc scio,
ıús tibi pendet. úbi illinc spero rédieris tamen hóc ages.
uám pedem. perii hércle: hac illi spe hóc inceperúnt. Sy. Timet:
i scrupulum hómini. Sa. O scelera: illúd uide,
ı ípso articulo oppréssit. emptae múlieres
ılúres et item hinc ália quae portó Cyprum.
eo ád mercatum uénio, damnum máxumumst.
si hóc omitto ac túm agam ubi illinc rédiero,
st; refrixerít res: 'nunc demúm uenis?
pássu's? ubi eras?' út sit satius pérdere
ı aut núnc manere tám diu aut tum pérsequi.
e énumerasti id quód ad te rediturúm putes?

Sa. Hocíne illo dignumst? hócine incipere Aéschinum
Per oppréssionem ut hánc mi eripere póstulet?
Sy. Labáscit. unum hoc hábeo: uide si sátis placet:
Potiús quam uenias ín periclum, Sánnio,
Seruésne an perdas tótum, diuiduóm face.
Minás decem conrádet alicunde. Sa. Eí mihi,
Etiám de sorte núnc uenio in dubiúm miser?
Pudét nil? omnis déntis labefecít mihi:
Praetérea colaphis túber est totúm caput:
Etiam ínsuper defrúdet? nusquam abeo. Sy. Ýt lub
Numquíd uis quin abeam? Sa. Ímmo hercle
quaesó, Syre,
Vt ut haéc sunt acta, pótius quam litís sequar,
Meum míhi reddatur, sáltem quanti emptást, Sy
Scio té non usum antehác amicitiá mea:
Memorém me dices ésse et gratum. Sy. Sédulo
Faciám. sed Ctesiphónem uideo: laétus est
De amíca. Sa. Quid quod te óro? Sy. Paulispér m

Ctesipho. Syrvs. (Sannio.)

II 3 Ct. Abs quíuis homine, quómst opus, benefícium ac
pere gaúdeas:
Verum énim uero id demúm iuuat, si quem aéquo
facere is béne facit.
O fráter frater, quíd ego nunc te laúdem?
certó scio:
Numquam íta magnifice quícquam dicam, id uirt
quin superét tua.
Itaque únam hanc rem me habére praeter álios pr
cipuam árbitror,
Fratrem hómini nemini ésse primarum ártium m
príncipem.

O Ctésipho. Ct. O Syre, Aéschinus ubist? Sy. Éllum, te expectát domi. Ct. Hem.
Quid est? Ct. Quíd sit? illius ópera, Syre, nunc uíuo: festiuóm caput,
Qui *ignóminias* sibi póst putauit ésse prae meo cómmodo,
Maledícta, famam, meúm laborem et péccatum in se tránstulit:
Nil pótis supra. quid nám foris crepuit? Sy. Máne, mane: ipse exít foras.

Aeschinvs. Sannio. Ctesipho Syrvs.

Vbist ílle sacrilegús? Sa. Me quaerit. númquid nam ecfert? óccidi: II 4
Nil uídeo. Ae. Ehem opportúne: te ipsum quaéro: quid fit, Ctésipho?
In tútost omnis rés: omitte uéro tristitiém tuam.
Ego illam hércle uero omítto, qui quidem te hábeam fratrem: o mi Aéschine,
O mí germane: ah uéreor coram in ós te laudare ámplius,
Ne id ádsentandi mágis quam quo habeam grátum facere exístumes.
Age inépte, quasi nunc nón norimus nós inter nos, Ctésipho.
Hoc míhi dolet, nos séro *re*scisse ét paene in eum *rém* locum
Redísse, ut si omnes cúperent nil tibi póssent auxiliárier.
Pudébat. Ae. Ah, stultítiast istaec, nón pudor: tam ob páruolam

Rem paéne e patria! túrpe dictú. deós quaeso istaec próhibeant. !
CT. Peccáui. AE. Quid aït tándem nobis Sánnio? SY. I mítis est.
AE. Ego ád forum ibo, ut húnc absoluam: tu íntro illam, Ctésipho.
SA. Syre, ínsta. SY. Eamus: námque hic properat ín ( prum. SA. Ne tám quidem:
Quamuís etiam maneo ótiosus híc. SY. Reddetur: time.
SA. At ut ómne reddat. SY. Ómne reddet: táce modo sequere hác. SA. Sequor.
CT. Heus heús, Syre. SY. Quid est? CT. Óbsecro hercle hóminem istum inpuríssumu
Quam prímum absoluitóte, ne, si mágis inritatús s
Aliqua ád patrem hoc permánet atque ego túm p petuo périerim.
SY. Non fíet, bono animo és: tu cum illa te íntus oble ínterim
Et léctulos iube stérni nobis ét parari cétera.
Ego iám transacta ré conuortam mé domum c obsónio.
CT. Ita quaéso: quando hoc béne successit, hílare h sumamús diem.

# ACTVS III.

**Sostrata. Canthara.**

Obsecro, mea nútrix, quid nunc fíet? Ca. Quid fiát rogas?
Recte édepol spero. So. Módo dolores, méa tu, occipiunt prímulum.
Iam núnc times, quasi númquam adfueris, númquam tute pépereris?
Miserám me, neminem hábeo, solae súmus: Geta autem hic nón adest:
Néc quem ad obstetrícem mittam, néc qui arcessat Aéschinum.
Pól is quidem iam hic áderit: nam numquam únum intermittít diem,
Quin sémper ueniat. So. Sólus mearum míseriarumst rémedium.
É re nata mélius fieri haud pótuit quam factúmst, era,
Quándo uitium oblátumst, quod ad illum áttinet potíssumum,
Tálem, tali *ingénio* atque animo, nátum ex tanta fámilia.
Íta pol est ut dícis: saluos nóbis deos quaeso ut siet.

GETA SOSTRATA CANTHARA

III 2 GE. Nunc illud est, quom, si omnia omnes sua consili cónferant
Atque huic malo salútem quaerant, auxili nil ádfe rant.
Quod mihique eraeque filiaeque erilist, uae miser mihi:
